Cognitio aūt predicamentoꝝ accidētalis ē cognitio p̄dicamē toꝝ penes proprietates ⁊ accidentia ⁊ ad hāc cognitiōem p̄dicamentoꝝ habendā valet cognitō postp̄dicamentoꝝ. Ondit̄ur em̄ in postp̄dicamētis quot modis dicitur habere quot modis aliqua opponūtur ⁊ quot modis aliqua dicūtur simul prius ⁊ om̄ia ista necessaria sunt ad cognitōem veroꝝ p̄dicamentoꝝ accidentalem. Sūt aūt tria aūpredicamenta in gn̄e vel cōi ad se inuicem irreducibilia vt tres diffinitōnes aūpredicamētales due diuisiōes aūpredimētales ⁊ due regule aūpredicamētales ⁊ septem in spē: vt diffinitio equiuocoꝝ vniuocoꝝ ⁊ denominatiuoꝝ due diuisiōes ⁊ due regule aūpredicamētales. Dico notāter ad seinuicez irreducibilia q2 plura sunt aūp̄dicamenta que reducūtur ad predicta vt modus p̄dicādi reducitur ad diffinitōem qui modi p̄dicandi sunt tres vnus equiuocoꝝ alter vniuacoꝝ ⁊ tercius denoīatiuoꝝ: ⁊ hi modi p̄dicādi tres exprimūtur per diffinitōnes tres equiuocoꝝ vniuocoꝝ ⁊ denoīatiuoꝝ. Conditio reducitur ad diuisiōem Pria ꝯditio est q̄ð om̄e q̄ð debet esse in p̄dicamēto debꝫ esse incōplexū ⁊ hoc exprimitur per pmam diuisionē. Scd̄a ꝯditio ꝙ om̄e q̄ð debet esse in p̄dicamēto aūt debet esse vniuersale aūt singulare ⁊ hoc exprimit̄ per diuisionē scd̄am. Ordo aūt reducitur ad regulā: duplex aūt ē ordo ponibiliū in p̄dicamēto. Primus ordo ē eoꝝ que ponūtur ī eodē p̄dicamento ⁊ iste ordo exprimitur per primā regulā. Secundus ordo est eoꝝ que ponūtur in diuersis p̄dicamentis et iste exprimitur ꝑ scd̄am regulā. Modus vero essendi irreducitur ad scd̄am diuisionē aūpredicamentalē q2 modi essendi īn valent ꝓ declaratōe diuisiōis scd̄e. Modus etiam p̄candi ononimus reducitur ad diffinitōem equiuocoꝝ vel modū predicādi equiuocū. Unū modus p̄dicādi ononimus ē qui fit per diuersa noīa ⁊ diuersas rōes vt homo asinus equus. Sꝫ modus predicādi sinonimus ē qui fit ꝑ diuersa nomina sed scd̄m eandez ratōem vt marcus tullius cicero: similiter ensis mucro gladiꝰ que om̄ia significant vnā rem eadem rōe essentiali accidētalis tamē ratio potest variari.

Notandū scd̄o: ꝙ in scia p̄dicamentorū

nō determinatur absolute de p̄dicamētis vt res reales sꝫ q2 logica nō ē scia pure realis: sed quito metha. determinat̄ de p̄dicamentis decē vt dicūt res reales: ibi em̄ aresto. diuisit ens reale in decem p̄dicamēta sed hic determinatur de decem p̄dicamentis vt stant sub dici p̄dicari ⁊ subici. Pro subiecto aūt in scientia p̄dicamentoꝝ ponitur p̄dicamentū captuꝫ in vl̄i ⁊ cōi

vt p̄dicamentū vȝ tm̄ sicut ordinabile in p̄dicamēto quo modo homo asinus equus dicunt̄ p̄dicamentū. Doctor em̄ thomas tenet ꝙ subiectum scientie p̄dicamentoꝝ est ens dicibile ī cōplexum ordinabile in gn̄e fm̄ sub et supra. Vn̄ esse in p̄dicamento est participare vnā naturā realē de decem p̄mis naturis et isto modo omne quod est extra deū et materiā ē ī p̄dicamēto. Deus em̄ nō est in p̄dicamēto nec materia p̄ma p̄prie. Quod et dixit bobetius hic ī predicamentis Arestotiles relictis extremis scȝ nature vt deo et materia prima egit de medijs. Deus em̄ et materia prima sunt extrema nature: deus em̄ ē purus actus ⁊ materia prima pura potentia vt hoc descripsit pulchre ⁊ ymaginatus ē plato in cathena aurea ī cuius sup̄mo posuit deum quasi purā lucem in eius infimo materiā p̄mā quasi purā tenebram. Entia aūt media inter deum et materiā primā et eoꝝ p̄fectiōes designabat p̄ circulos aureos ī modū annuli quoꝝ vnus includebatur ī alio: dicebatq̄ȝ hanc rem esse p̄fectiorē et p̄fectioris nature que plus accessit ad lucē primā et plus recessit a materia p̄ma q̄ ē quasi vmbra et tenebra vt sunt entia dīna separata. Sȝ hāc dixit esse imp̄fectiorem ⁊ imp̄fectioris nature que plus accessit ad materiā primā et magis recessit a p̄ma luce vt sunt hec inferiora materialia et sensibilia.

Notandum est tercio ꝙ ad ponibile in predicamēto requirūtur cōditiones quinq̄ȝ p̄ncipales. P̄ma ꝙ ponibile ī gn̄e dȝ esse ens et ergo ficta et entia p̄hibita vt chimera tragelaphus hoc est hircoceru᷒ nō ponūtur ī p̄dicamēto q̄ nō sunt entia nec participant naturā alicuius gn̄is et predicamenti. Scd̄a cōditio ꝙ ponibile ī p̄dicamento dȝ eē ens dicibile vel subicibile. Dicibile vt quodlibet superius respectu inferioris vt animal respectu hoīs. Subiicibile vt quodlibȝ iferius respectu superioris vt homo respectu animalis. Sequitur corollarie ꝙ hic nō determinatur de entibus vel rebus fm̄ esse omnino reale. Sed determinatur hic de entibus et rebus vt stāt vel accipiūtur sub dici et subiici. Tercia ꝯditio ꝙ illud quod dȝ esse in p̄dicamento debet esse ens incomplexum et per ꝯn̄s ꝯplexa nō ponunt̄ ī p̄dicamentis nec equoca que sunt quasi quedā cōplexa. Ratio quia illud quod debet esse in p̄dicamēto dȝ dicere vnam naturā illius gn̄is in quo locatur sȝ complexa nō dicūt naturā vnius generis vt alb᷒ homo quod d̄t naturam vni᷒ hominis et etiam albedinis: et etiam complexa talia sunt entia p̄ accn̄s que non sunt in p̄dicamento ex arestotile quinto meth. et sexto. Sic equiuoca nō dicūt vnā naturā vt canis sȝ diuersas

et per consequens etiam non sunt in p̄dicamento. Quarta con ditio requisita ad illud quod debet esse in p̄dicamento debet di cere aliquam determinatam naturam alicuius certi generis ꝛ ꝓpter hoc transcendentia non sunt in genere. Ratio qꝛ nullam determinatam naturam alicuius generis dicūt sed trāscendūt et excellunt omnia genera et predicamēta. Sunt autē triplicia transcendentia quedā sunt transcendētia ꝓpter eminentiam ꝑ fectionis sic deus dr̄ transcendens quia in eo sunt perfectiones omnium rerum supereminenter et illud nō est in genere vt di ctum est superius. Et augustinus in libro confessionū dr̄. Quid mihi proderit ymmo magis oberit vt te deum meum limitib⁹ clauderem p̄dicamenti. Alia sunt transcendentia cōmunitatis que se extendunt sua cōmunitate vltra omnia genera et p̄dica menta vt ens et vnum et ista etiam non sunt in genere et predi camento. Alia sunt transcendentia que transcendunt aliqua ge nera sua communitate et reperiuntur in pluribus p̄dicamētis sed non in omnibus vt motus. Motus eī̄ ſm arestotilē q̄nto ꝛ tercio phisicoꝝ est in quātitate q̄litate ꝛ vbi non tamē oportet ponere speciale p̄dicamentum motus vt Auicenna posuit quia motus est in eodem p̄dicamento cum termino ad quē. Quinta conditio ꝙ illud quod ponitur in genere habet vnam rationē formalem ſm quam ponitur in predicamento et ergo pater ra tione significationis formalis est in genere relationis licet ma terialiter significat substantiam. Similiter albus ratione signi ficationis formalis scꝫ albedinis est in predicamento q̄litatis tamen ratione significati materialis vt subiecti sui non est ī ali quo p̄dicamento. Propria autem passio huius subiecti scilicet p̄ dicamenti est subiiscibile vel predicabile et demonstratur sic de suo subiecto. Omne ordinabile in genere est subiiscibile vel pre dicabile sed omne p̄dicamentum est ordinabile in aliquo predi camento ergo omne predicamentum est subiiscibile et predica bile. Capiendo predicamentum eodem modo quo dictum ē in notabili scdo.

Notandum quarto et vltimo. Pro

diffinitione equiuocorum intelligenda

Sciēdum ꝙ equiuoca sunt duplicia

quedam enim sunt equiuoca equiuocata et sunt res significate per nomen vnum equiuocum vt iste tres res animal latrabile sidus celeste et belua marina que significantur per hoc nomen canis. Alia sunt equiuoca equiuocantia et sunt termini signifi-

cantia plures res diuersis rationibus vt hoc nomen canis est
equiuocum equiuocans respectu istarum trium rerum.
Animal latrabile sydus celeste et belua marina. Duplex autem
est equiuocum equiuocans quoddam est a casu et quoddam a cō
silio. Equiuocum a casu est dictio equiuoca significās plura eq̄
primo vt hoc nomen canis significat sua significata eque p̄mo
dicitur autem equiuocum a casu ideo quia casualiter idē nomē
est impositum pluribus rebus. Impositio enim vocū ē ad placitū
vel etiam ideo dicitur a casu quia imponēs tale nomen ad sig-
nificandum scd̄a significatione vel etiam tercia non habuit re-
spectum ad scd̄am impositionem sed accidit casualit̄ ꝙ tale no-
men habet plura significata a diuersis imponentibus quorum
forte vnus non sciuit de impositione alterius. Equiuocum aūt
equiuocans a consilio est dictio significās plura diuersis ratio-
nibus sed non eque primo sed vnum per prius et aliud p̄ poste-
rius et illud ab aliis vocatur analogum vt homo significat ho-
minem viuum per prius et pictum per posterius et dicitur a cō
silio s̄m methaphoram quia sicut in consilio vnus imitat̄ opi-
nionem alterius sic in tali equiuoco a consilio significatio mi-
nus principalis imitatur et dicitur s̄m similitudinem ad signi-
ficatum principale vt pictus homo dicitur homo ad similitu-
dinem viui hominis q̄ est similitudo hominis viui Arestotiles
tamen principaliter diffinit equiuoca equiuocata diffinitū igit̄
presentis diffinitiōis equiuocorum sūt equiuoca equiuocata .i.
res significate equiuoce per vnum nomen equiuocum vt aīal
latrabile sidus celeste et belua marina et dicit in plurali equoca
ad denotādum plures res equiuocatas significatas ab vno no
mine equiuoco licet autem in diffinitione nihil ponitur pro ge
nere expresse tamē implicite includitur genus in illo verbo di-
cuntur q̄d valet tm̄ sicut dicibilia. Dixit autem arestotiles dicūt
in diffinitione et non sunt quia hic non determinatur de rebus
absolute nec logica est absolute de rebus sed ē de rebus sub dici
et subiici et licet res non sunt dicibilia propinqua: sufficit tamē
ꝙ originaliter et fundamentaliter res subiiciunt̄ et predicātur
voces et termini significantes res subiiciuntur et predicantur
pro rebus. Unde et dicitur primo elēcoꝝ: res ad disputationem
ferre non possumus sed loco rerum vtimur terminis. Cum aūt
dicitur in diffinitione quorum nomē est cōmune nomen nō de-
bet capi vt est pars orationis ab aliis partibus distincta quia sic
inter alias partes orationis non eēt equiuocatio quod est falsum

quod ē falsum: quia criminor p se ē dcō equoca cadit eīm ī duas formas et significatōes iuxta donatū. Sed capit̄ hic nomen p voce vel vocabulo vult ergo arestotiles quod rex equcoatarum ē vnū nomē et vocabulū p quod ̄pcant̄. Nōe etiā ī diffinitōe non capitur vt distinguit̄ cōtra ppriū qr in noībus ppriis etiā ē eqūocatio vt pirrus est nomē pprium et est equocum. Vt. Pirrus achillydes pirrus rex epirotarum. Filius eīm achillis dicebat pirrha a pir quod est ignis qr igneos et ruffos habuit capillos. Silr hoc nomen pprium vienna est equiuocū. Vienna eīm significat ciuitatē austrie et fluuiū paruum fluentē iuxta ciuitatē vz aūt cōmune in diffinitione ē vnū et idem. vt eīm equocū est vnum nomē ̄bm materiā τ vocē vt canis: sed ē vnū ̄pcatione que est forma dictionis hz eīm tria ̄pcata. Ultimo dr ī diffinitōe equiuocoꝝ et ratio sube est diuersa. Rō sube valet ī pposito sicut diffinitio cōmuniter dicta vel notificatio. Diffinitio eīm aīalis latrabilis ppria est alia qꝫ diffinitio canis in celo vel belue marine. Canis eīm latrabilis est qui latrat in domo. Canis in celo est stella splendēs in celo. Canis piscis est piscis natans ī mari. Utilitas aūt huius ̄pdicamēti est hec qꝫ sciamus qꝫ equiuocum inquātum equocum nō ē in ̄pdicamento. Rō qr illud quod est ī ̄pdicamēto dz dicere vnam naturam sed equocum non dt vnā naturam vt canis patet ḡ qꝫ diffinitio equiuocorum priuatiue: valet ad cognitōem veroꝝ ̄pdicamētorum sic qꝫ equiuocum inquantum equocū nō ponitur in predicamēto. Equiuocum eniꝫ captum in vno certo ̄pcato pōt poni in ̄pdicamēto vt canis quādo capitur p animali latrabili tantum et ponitur ī ̄pdicamēto substantie quia sic est vniuocū. Istis notabilibus sic positis est.

Conclusio responsalis ista. Tantum tria sunt anpredicamēta in genere et septē in specie τ diffinitio equiuocoꝝ ab arestotile est sufficienter assignata.

Arguitur primo. Logicus nō habet determinare de ̄pdicamentis ergo scientia antepredicamētorū non est necessaria ad noticiam veroꝝ predicamētorum pbatur antecedens de rebus realibus logicus nō habꝫ determinare sꝫ predicamenta sunt entia realia igitur. Maior quia logica nō ē scientia realis tantum eīm tres sunt sciētie reales methaphisica mathematica et phisica. Minor est arestotelis quinto methice vbi diuidit ens reale in decem ̄pdicamenta. Dico verum argumentum cōcludit qꝫ logicus non habet determinare de ̄pdicamentis absolute vt entia realia sunt sed bene determinare habꝫ

de predicamentis vt stant sub dici et subiici et sub intentione secunda.

Arguitur secundo. Cognitio antepredicamentorum non est vtilis ad cognitionem verorum predicamentorum igitur probatur: omnis cognitio fit per prius et notius sed decem predicamentis nihil est prius et notius igitur. Maior est nota: quia omne scire est ex prioribus et notioribus primo posteriorum. Minor est Porphirii dicentis decem predicamenta sunt decem rerum principia modo primo non datur prius Dico quod verum argumentum concludit quod decem predicamentis nihil est notius simpliciter et prius tamen quo ad cognitionem nostram et manuductionem nostram aliquid potest eis esse notius vt in proposito antepredicamenta. Uel etiam vt alii dicunt principiis primis complexis nihil est notius sunt enim propositiones prime principiis tamen incomplexis potest aliquid esse prius et notius.

Arguitur tercio. Plura sunt antepredicamenta quam tria in genere et septem in specie probatur sic scientia libri Porphirii etiam est antepredicamentum igitur probatur ex intentione porphirii in principio ysogagarum cum dixit tractatulus de quinque vniuersalibus est introductorius in predicamenta arestotelis. Uidetur ergo quod sit antepredicamentum Similiter liber quintus methaphisice introducit ad scientiam predicamentorum arestotelis. Dico verum argumentum concludit quod liber porphirii et quintus methaphisice introducunt in scientiam predicamentorum arestotelis tamen propter hoc non sunt antepredicamenta quia noticia antepredicamentorum docetur in libro verorum predicamentorum quod non est verum de sciencia porphirii et quinti methaphisice.

Arguitur quarto. Diffinitio et diuisio non sunt antepredicamenta probatur commune non est speciale sed diffinitio et diuisio sunt modi generales valentes ad cognitionem cuiuslibet scibilis igitur. Maior est nota. Minor est aristotelis secundo posteriorum vbi ostendit quod diffinitio et diuisio sunt modi generales valentes ad cognitionem cuiuslibet scibilis. Dico verum argumentum concludit quod diffinitio et diuisio absolute sumpta non sunt antepredicamenta et sunt principia communia valentia ad cognitionem scibilium sed diffinitio antepredicamentalis et diuisio antepredicamentalis bene sunt antepredicamenta.

Arguitur quinto. Equiuocatio non

est possibilis igitur probatur sicut est in natura sic est in arte sed in natura est sic quod eadem res non potest habere plures formas et per cōsequens nec vna dictio pot habere duas significatōes et per cōsequens equiuocatio non est possibilis. Maior est aristotelis scdo phisicorum. Minor similiter est nota quia vna res habet vnum esse modo forma dat esse scdo phicoꝝ et ꝯsequēs vna res habet vnam formam. Et autem significatio sit forma dictionis patet quia forma separat et distinguit vt dicitur septimo methaphisice. Modo termini et dictiones distinguuntur ꝑ significationes earum. Dico verum argumentum concludit quod vna dictio que est formaliter vna habet tm̄ vnam significatōez vltimatam sed dictio que est materialiter vna ⁊ scdm̄ vocem vt dictio equiuoca potest habere plures significationes et sic contingit in proposito.

Arguitur sexto. Equiuocum nō pōt

diffiniri igitur probatur nihil diffinitur nisi vniuersale sed equiuocum non est vniuersale igitur. Maior quia sola species diffinitur que est vniuersale. Minor patet ex his que dicta sunt superius. Uniuersale enī dicit vnam naturam equiuocum autem dicit plures naturas. Dico verum argumentum cōcludit quod nihil diffinitur diffinitione ꝓprie dicta nisi species sed equiuocū diffinitur diffinitione cōmuniter dicta id est notificatur.

Arguitur septimo Animal latrabile

sidus celeste ⁊ belua marina habent eandem rationem ergo declaratio diffinitionis nō valet probatur antecedēs quia hec est vna ratio eorum esse substantiā corporeā. Dico verum est quod ista tria predicta habent vnam rationem sed nō scdm̄ hoc nomē canis sed scdm̄ hoc nomen corpus vel substantia et ergo argūtum nō cōcludit.

Arguitᷣ vltimo: Ex diffinitione equi-

uocorum sequitur falsum igitur ipsa nō valet: probatur antecedens quia ex ipsa sequitur quod homo esset equiuocum qđ ē falsū quia est species: species autem est vniuersale et vniuersale qđlibet est vniuocum probatur sequela. Illud est equiuocum quod significat plura vno nomine et diuersis rationibus sed hoc nomen homo significat plura vno nomine et diuersis rationibus

igitur. Maior pz ex diffinitione equiuocorum. Minor patet quia hoc nomē homo ſcat se et suū sile cōceptum rei et etiā rem vt animal rationale hac voce hō et diuersis rationib⁹ nō ē eadē rō huius nois homo p cōceptu rei et ipa re que ē animal rōnale. Dico ptm argūtum nō cōcludit quia nō quelibet pluralitas significatorum facit equiuocatōem sed tm̄ pluralitas significatorum vltimatorum modo hoc nomē homo hz solum vnum ſcatum vltimatarum scilz animal rationale. Alia autem significata nō sunt vltimata pro conceptu rei pro se et pro suo simili.

Utrum diffinitio Uniuocorū et de-

nominatiuorum ab arestotile sint sufficienter assignare. Pro intellectione questionis. Sciēdum q hec questio duo querit. Pmō querit Utrum diffinitio vniuocorum sit ab arestotile bn̄ assignata Scdo querit vtrum diffinitio denominatiuorum ab arestotile sit bn̄ assignata Pro intelligētia partis prime.

Notandum est primo: q diffinitum

pn̄tis diffinitōis ē vniuoca vniuocata id ē res p vnū nomē vniuocum ſcare vt hō asinus equus dicūtur vniuoca vniuocata qz sunt res p hoc nomē aīal vniuoce ſcare: gn̄s em̄ respectu suarū spēm ē vniuocū sic silr iohes petr⁹ paul⁹ ⁊ oēs hoies pticulares sunt vniuoca vniuocata respectu huius nois hō. p gnē aūt i diffinitione vniuocorum nihil ponit expsse iplicite tn̄ ponit dicibilia sunt āt res dicibilia remota vt ostsum ē i diffinitōe equiuocorum. Nō āt dr sunt sz dicūtur qz logica nō hz absolute osiderare de rbus vt sunt sz vt stāt et osiderāt sb dici ⁊ subiici. diffinit āt vniuoca i pli ad denotandū pluralitatē vniuocorum vniuocatorum sub vno noie vniuoco. Subiūgit quorum nomē id ē vocabulū p quod ſcāt talia vniuoca vniuocata ē cōe id est vnū et idē ⁊ rō subē id ē diffinitio cōmuniter sumpta vel notificatio ē eadem id ē vna vt homini asino lupo equo ē vna rō et diffinitio respectu huius quod est aīal vt ē substantia corporea aīata sensitiua Silr oīm hoīm respectu huius quod ē hō ē vna rō ⁊ notificatio qz anial rōnale Sequit corollarie q pprie loquēdo nullū singlare ē vniuocū qz vniuocū pprie dr de pluribus cadē rōe. Nullū aūt singulare dr de pluribus quia solum de se ipso. Sed capiendo vniuocum cōmuniter p illo quod nō ē equiuocum nec denominatiuū non curando an predicetur de vno vel pluribus tūc singulare bene ē vniuocum.

Notandū s[e]c[un]do p[ro] ampliori intellecti
one diffinitōnis vniuocoꝝ est sciendū q[uod] vniuoca sunt duplicia
quedā sunt vniuoca vniuocata passiue ⁊ sunt res plures signi
ficate per vnū nomē eadē rōe ⁊ sic oēs homines respectu hui⁹
quod ē homo dicūt vniuoca vniuocata ⁊ illa ꝓprie arestotiles
diffinit hic vt pꝫ ex ꝓcessu aresto. Alia sunt vniuoca vniuocātia
⁊ sunt dictiones significātes plures res vno nomine ⁊ eadem
ratione vt hoc nomē hō est vniuocū vniuocās respectu omniū
hominū ⁊ hoc nomē aīal est vniuocū vniuocās respectu oīm
animaliū. Utilitas aūt hui⁹ p̄dicamenti est hec vt sciamus q[uod]
vniuoca ꝓprie ponūtur in p̄dicamentis Ratio q[uia] illud qđ de
bet poni in p̄dicamento debet dicere vnā naturā: sꝫ vniuocū di
cit vnā naturā ⁊ determinatā naturā alicui⁹ gn̄is ⁊ p̄dicamēti

Notandū tercio q[uod] terciū an̄predica
mentū est diffinitō denominatiuoꝝ: vñ arestotiles dicit ī textu
diffiniendo denoīatiua. Denominatiua dicūtur quecūqꝫ ab a
liquo solo casu differētia sunt ⁊ scđm illud nomē habent appel
lationem. Sciendū q[uod] denominatiuū dicitur quasi ab alio de
nominatū. Duplex aūt ē denominatiuū quoddam ē denomi
natiuū reale et ē res realis que denominatur ab aliqua forma
reali vt paries est denominatiuū ab albedine cum albedo est in
pariete ⁊ Johānes dicitur denominatiuū ab infirmitate quan
do infirmitas est in eo. Aliud ē denominatiuū logicale ⁊ ē ter
minus ↄcretus significans aliqđ reale denominatū ab aliqua
rōne formali vt albus niger: omne ergo adiectiuū est denomi
natiuū sed nō ecōuerso omē denominatiuū est adiectiuū q[uia] hō
est denominatiuū ab hūanitate ⁊ tamē homo nō est adiectiuū
Notandū etiam q[uod] ↄcretum est duplex qđdam substātiale ⁊ qđ
dam accidētale. Cōcretuꝫ substātiale est quod significatōe sua
formali signat naturā vniuersalem sub ↄcretione ad sua suppo
sita vt homo significat naturam humanā vt est in petro ⁊ pau
lo ⁊ alijs hominib⁹ particularib⁹. Cōcretum aūt accidentale ē
predicatum accidentale q[uod] significatiōe sua formali significat
illud formale sub ↄcretione ⁊ habitudine ad suum subiectuꝫ in
quo ē illud formale vt albus formaliter significat albedinē: di
citur enī postea in p̄dicāmento qualitatis Albus solū qualita
tem significat verum est significatiōe formali ⁊ significat illaꝫ
albedineꝫ inesse subiecto vt homini vel animali ⁊ vtrūqꝫ illoꝝ
dꝫ ↄcretū a ↄcerno ↄcernis qđ valꝫ tm̄ sic video vel īporto qđli

bet enim illoꝝ tam concretum ſubſtantiale accidentale concernit duo: primum vt concretum ſubſtantiale vt homo concernit naturam et ſuppoſita in quibus eſt illa natura. Secundum autem concretum vt accidentale vt albus concernit ideſt ſignificat formam accidentalem et ſubiectum in quo eſt illa forma accidentalis ei inherens accidentaliter: ſic et abſtractum eſt duplex quoddam ſubſtantiale et eſt predicatum ſubſtantiale impoꝛtans ſuum ſignificatum formale vt quidditatem cum excluſione et preſciſione illius nature a ſuppoſitis: non quidem ſecundum eſſe reale quia quelibet natura vniuerſalis realiter eſt in ſuppoſitis ſed ſolum preſcindit a ſuppoſitis ſecundum abſtractionem et ſignificationem vt humanitas ſignificat humanitatem excludendo ſigularia. Sed predicatum abſtractum accidentale eſt quod ſignificat formam accidentalem cum excluſione et preſciſione ſubiecti vt albedo nigredo non ſic albedo eſſet preter ſubiectum quia accidens naturaliter ſemper ineſt ſubiecto ſed dicitur abſtractum tamen ſecundum abſtractionem intellectus et ſignificationem: dicitur enim ſecundo phiſicoꝛum. Abſtrahentium non eſt mendacium. Sequitur coꝛollarie abſtractum et concretum non differunt ſecundum rem et realiter ſed ſolum ſecundum modum ſignificandi quia illud quod abſtractum ſignificat abſolute excludendo ſubiectum hoc idem ſignificat concretum ſub cadentia ad ſubiectum vt albus et albedo.

**Notandum quarto et vltimo: diffinitum preſentis diffinitionis eſt denominatiua et valet tantum ſicut concreta accidentium vt albus niger: et dicit denominatiua in plurali ad denotandum pluralitatem denominatoꝛum quia omne nomen adiectiuum eſt denominatiuum reſpectu ſui abſtracti. Pro genere autem ponitur dicibilia quod includitur in iſto verbo dicuntur/hoc autem ſignum quecunque in diffinitione denominatiuoꝛ poſitum non capitur vniuerſaliter vt valet tamen ſicut omnia quia denominatiua non ſunt omnia entia ſed quecunque debet capi finite vt valet tamen ſicut que Subiungit areſtotiles in diffinitione denominatiua ſunt differentia ideſt differunt ab aliquo ſolo caſu vt albus et homo gramaticus et gramatica. Sciendum hec particula poteſt intelligi dupliciter ſecundum quod caſus capitur dupliciter. Primo modo caſus poteſt capi pro finali terminatione requiritur enim ad concretum et abſtractum in principio vocis debent conuenire et in fine differre. Secundo poſſumus intelligere per caſum cadentiam vel inclinationem ad ſubiectum: abſtractum enim ſignificat aliquam formam abſolute quam ſignificat concretum ſub inclinatione cadentia et exiſtentia in ſubiecto: poteſt ergo hec

particula differentia sunt solo casu, idest finali terminatiõe vel solo causu idest inclinatione vel cadentia ad subiectum. Subiungit Arestotiles in fine diffinitionis q concretum habet appellationem idest denominationem accidentalem scdm illud nomen abstracti vel principalis. Dicitur aũt abstractũ principale quia abstractum significat formam scdm se in quãtum denominat concretum modo q denominat ẽ principale ⁊ quod denominatur ẽ quasi secundariũ vnaqueqz enĩ forma primo cõsideratur scdm se ⁊ postea vt est in alio. Utilitas autem istius pdicamenti est q sciamus q concretum ⁊ abstractum in accidẽtalibus ponuntur in eodem predicamento vt fortis et fortitudo. Abstractum quidem per se ⁊ proprie ⁊ concretuz reductiue ⁊ improprie vt dictum est prius Quid tamẽ requiritur ad concretum ⁊ abstractum determinatius dicetur circa diffinitionẽ qualium inferius. Istis notabilibus sic positis est.

Conclusio respõsalis ista: Diffinitõ

vniuocorum ⁊ denominatiuorũ ab arestotile est sufficienter posita. Ueritas conclusionis patet ex his que declarata sunt ĩ notabilibus.

Arguitur primo: Processus aresto-

tilis est male positus igitur probatur antecedẽs: prius fuit determinandum de diffinitione vniuocoruz q equiuocorum igitur probatur simpliciora debent esse priora: sed vniuoca sunt simpliciora q equiuoca ergo Arestotiles male preposuit diffinitionem equiuocorum diffinitioni vniuocoruz. Maior est arestotilis primo methaphisice. cũ dicit simpliciora sunt priora his que dicta sunt ex additione idest compositis Minor quia vniuoca dicunt vnam naturam equiuoca autem diuersam. Dico verum argumentum concluderet si Arestotiles istum respectũ habuisset sed habuit aliuz: vt dicit Boetius primo enim determinat de equiuocis sicut de his que modicum ad propositum valent. Deinde de vniuocis que directe ad propositum attinẽt Quemadmodũ ⁊ agricola prius extirpat nociua in agro ⁊ postea bonum semen seminat.

Arguitur scdo. Diffinitio vniuoco-

rum non valet: probatur quia sequeretur quod omnia entia mundi essent vniuoca vniuocata quod tamen est falsum: probatur: quia omnia entia mundi significantur vno nomine vt hoc nomine ad aliquid et eadem ratione quia in dependentia ad aliud Omne enim ens mundi vel est causa vel causatum modo vtrumque istorum dependet vt causa ad causatum dependet similiter causatum ad causam. Similiter omne ens est creator vel creatura et vtrumque habet rationem dependentie ad alterum. Dico verum argumentum concludit quod omnia entia mundi essent vniuoca si significarentur eadem ratione essentiali modo ad aliquid significat omnia entia mundi eadem ratione accidentali quia sub ratione respectus qui respectus est accidens.

Arguitur tercio: vniuocum non habet vnam rationem igitur diffinitio non valet: probatur antecedens Omne genus est vniuocum sed genus non habet vnam rationem igitur. Maior quia omne genus est vniuersale Uniuersale autem dicit vnam rationem. Minor est arestotilis septimo methaphisice: cum dicit in genere latent multa: et primo de anima dicitur quod ratio animalis est altera et altera. Dico verum argumentum concludit quod loquendo de genere phisice sic genus dicit multa quorum vnum est perfectius altero: sed loquendo de genere logice vt natura aliqua accipitur sub intentione generis sic genus est vniuocum.

Arguitur quarto. Si diffinitio vniuocorum esset bene posita sequeretur quod animal latrabile sidus celeste et belua marina essent vniuoca vniuocata quod est falsum et contra predicta: probatur sequela quia ista tria habent eandem rationem et diffinitionem vt rationem substantie vel corporis. Dico verum argumentum concludit quod iste tres res animal latrabile sidus celeste et belua marina habent eandem rationem generalem et mediatam sed non immediatam respectu illius nominis canis sed respectu aliorum possunt habere vnam rationem sed respectu illorum non dicuntur equiuoca equiuocata.

Arguitur quinto: vniuoca vniuoca-

ta nō habent idem nomen per quod significātur: igiť pbatur añs nō imponitur a forma sʒ diuersa℞ re℞ diuerse sunt forme igiť diuersarū rerum vniuocatarū sunt diuersa noīa Maior ē nota quia a ꝓprietate rei ⁊ natura rei imponitur nomē rei: vñ lapis dicitur lapis a ledere pedem. Minor patet quia homo ⁊ asinus sunt vniuoca vniuocata respectu hui⁹ generis animal ⁊ habent diuersas formas homo enī habet animam rationalē: ⁊ asinus irrationalem. Dico verū argumentū concludit ꝙ homo equus asinus habent idem nomen: ratione forme generalis ⁊ generifice in qua cōueniunt scʒ animalitatis tamē rōne ꝓprie forme specifice qua differunt habent diuersa nomina.

Arguitur sexto: diffinitō denominatiuorū non valet igitur:

probatur denominatiuum vel concretum nō habet denominatiōem ab abstracto igitur: probatur qꝛ ecōuerso abstractum habet denominatiōem ⁊ formationem a concreto vt iusticia deriuatur a iustus ⁊ sapientia a sapiens: vt ostēdit Priscianus ī tertio maioris capitulo d̄ denominatiuis Dico verum argumentum ꝯcludit ꝙ iusticia deriuatur a iust⁹ quantum ad vocis formationē sed non quantuʒ est a parte rei Grāmaticus ergo dicit ꝙ abstractum deriuatur a cōcreto quia ipse est artifex sensualis voces considerans. Logicus autem q̄ est artifex plus intellectualis sua considerata refert ad naturā rei ⁊ quia in natura prius aliquid est scd̄m se ꝙ cum est in alio ⁊ ergo logicus dicit ꝙ ꝯcretum denominatur ab abstracto.

Arguitur septimo. Aliquod ē denominatiuū quod non differt a suo abstracto solo casu igitur

ꝓbatur quia studiosus est denominatiuū a virtute ⁊ tamen nō differt solo casu idest finali terminatione probatur quia etiam differt in principio vocis. Dico verum argumentum concludit ꝙ studiosus dicitur a virtute sed non proprie vt dicetur circa diffinitionem qualium quia in principio vocis nō cōueniūt quod tamen requiritur ad denominatiua.

Arguitur octauo. Concretum ⁊ abstractum non differunt solo casu:

probatur quia concretum et abstractum etiam differūt in modo significandi probatur quia concretum significat formā vt est in subiecto Abstractū aūt significat formam absolute vt albedo. Dico verum argumentum

Concludit quod concretum et abstractum solo casu differunt verum est quantum ad ea que tenent se ex parte vocis tantum: Constat autem quod modus significandi non tenet se ex parte vocis sed potius ex parte modi significandi et essendi: modus enim significandi immediate oritur a modo intelligendi et modus intelligendi a modo essendi.

Queritur utrum due divisiones antepredicamentales ab arestotile sint sufficienter assignate.

Pro intellectione huius questionis more Sciendum quod hec questio tantum querit utrum due divisiones antepredicamentales ab aresto. sint sufficienter assignate: quarum prima est ista eorum que dicuntur quedam dicuntur cum complexione et quedam sine complexione. Secunda divisio est ista eorum que dicuntur sine complexione quedam dicuntur de subiecto et in subiecto nullo sunt: quedam autem dicuntur de subiecto et in subiecto sunt: quedam nec dicuntur de subiecto nec sunt in subiecto: quedam vero in subiecto sunt et de nullo subiecto dicuntur. Pro intelligentia divisionis prime.

Notandum est primo: quod prima divisio

quam ponit arestotiles in textu sic est intelligenda eorum idest de numero dicibilium que dicuntur idest significative proferuntur quedam proferuntur et dicuntur cum complexione ut homo currit: quedam dicuntur sine complexione idest incomplexe ut homo animal. Ratio huius: quia sicut concipimus ita loquimur ea enim que sunt in voce sunt signa eorum que sunt in anima ut dicitur primo periarmeniarum. Constat autem quod quandoque concipimus et formamus conceptum complexum quandoque concipimus et formamus conceptus simplices et incomplexos et per consequens etiam ita loquimur et dicimus aliquando complexe aliquando incomplexe. Arestotiles autem in ista divisione preponit complexum incomplexo ad denotandum quod intentio sua non est de complexis ex quo illa non ponuntur in predicamento et genere Vox autem ista in proposito dicitur complexa que est aggregata ex pluribus dictionibus significativis representativa conceptus complexi. Ad complexum autem quantum sufficit ad propositum requiruntur tria: primo quod voces ille debent esse significative rerum. Secundo quod res significate per istas voces habeant aptitudinem ad unionem ipsarum adinvicem ut est subiectum et accidens ut albus homo: vel ut determinatio et determinabile et ergo cum dicitur homo asinus non est complexum quia iste dictiones non significant que habent aptitudinem ad uniendum Species enim differentia uniri non possunt ad terciam speciem faciendam probat porphirius. Tercio requiritur ad complexum quod voces plures complexe significent complexum conceptum et per consequens si plures voces

simul cōplexe nō significarent ɔceptū ɔplexum nō ꝑpter hoc esset aliqua cōplexio in re significata vt corpus aīatum quod ē ɔplexum voce ſ3 nō re vel ɔceptu. Duplex aūt ē cōplexum qđdam ē ɔplexum distās in quo sc3 partes distāt per medium vt homo ē aīal. Indistans aūt ē vbi partes nō distāt per medium vt albus homo niger homo.

Notandū scđo: pro ampliori intellectione prime partis Sciendū ꝙ ɔplexū adhuc ē triplex: quoddam vocis tm̄: quoddam significati tm̄: ⁊ quoddā vocis ⁊ significati simul. Illud dicitur cōplexū vocis tm̄ vbi sc3 voces sunt complexe ⁊ significatū vel ɔceptus vel res correspōdens ē simplex ⁊ vna vt corpus animatū. Cōplexū aūt significati tm̄ vbi vox ē vna tamē ɔceptus vl' res corrñdētes illi voci sunt plures vt canis vox ē vna ⁊ res correspōdentes plures Similiter chymera vox est vna/res correspōdentes sunt plures vt corpus virgineū venter leonin⁹ ⁊ cauda serpentina. Terciū complexū est vocis ⁊ significati simul vt orō in qua vox est complexa ⁊ etia3 res significata vel conceptus vt homo currit. Sequitur corollarie primo ꝙ aliquod est complexum vocis quod tamen ē complexum significati vel conceptus vt chymera. Sequitur corollarie scđo qđ aliqđ pōt esse ɔplexum vocis qđ tamē ē incōplexum significati vel conceptus vt corp⁹ animatū: similiter anno dñi millesimo quingētesimo quarto: qđ ī re ē incōplexū q2 significat annū currentē sub vno cōceptu ⁊ ponit̄ in ꝑdicamento quādo. Sequitur corollarie tercio ꝙ aliter logic⁹ ɔsiderat complexū ⁊ grāmatic⁹ q2 grāmaticus ɔsiderat ɔplexū vocis q2 ipse ē artifex vocū: logicus aūt ɔsiderat ɔplexū ɔceptus vel rei: vñ chymera ē incōplexū apud grāmaticū q2 ē nomē simplicis figure: ſ3 apud logicū ē cōplexū: sil'r corp⁹ aīatū ē ɔplexū apud grāmaticū q2 ɔposite figure: ſ3 apud logicū ē incōplexu3 q2 ē genus subalternū ⁊ in ꝑdicamēto ſub̄e Illud em̄ dr̄ incōplexū apud aristotilē qđ nō ē ɔplexū dictionalit̄ nec ei correspōdent plures res vel cōceptus vt hō sil'r animal. Sequitur corollarie quarto ꝙ aliqua vox nō dicitur ideo cōplexa quod sit cōposita litteraliter vel sillabaliter vt homo: sed q2 ē repñtatiuū ɔceptus ɔplexi. Utilitas aūt istius diuisionis pme ē vt sciamus ꝙ illa que debēt esse in genere ⁊ ꝑdicamēto debent esse incōplexa Ratio aūt quare cōplexa non ponūtur in genere ⁊ predicamēto q2 illud quod debet poni in ꝑdicamento debet dicere vnā naturam: cōplexa aūt nō dicūt vnam natura3 vt homo albus vl' non homo currit. Sequitur corollarie quinto ꝙ diffinitio vna

mō pōt dici complexa ꝛ alio mō incōplexa respectu diuersoꝝ: diffinitio em̄ nō pōt dici ꝯplexa ꝯplexione essentiaꝝ. Omīs em̄ diffinitio qdditatiua ꝛ essentialis rei īportat vnā essentiā: dicit em̄ ꝯmentatoꝛ septimo metha. Diffinitio ē sermo qdditatis et essentie s; pōt dici diffinitio ꝯplexa pluralitate intellectuū ptz diffinitio īcludit genus ꝛ differētiā mō alter ē intellectus ꝛ cōceptus gñis: ꝛ alter differētie: dr em̄ tercio metha. ꝙ drña ē extra rationem generis.

Notādū tercio: ꝙ scđa diuisio anp̄di

camētalis quā aresto' ponit in textu īcludit gen' quatuoꝛ particulas. Pro quaꝝ ~~intellectōe~~ itelligētia sciendū ꝙ esse in subiecto ē esse ī alio accidētaliter quō accidēs qȝlibet ē in suo subiecto inhesiōis vt coloꝛ ī coꝛpoꝛe ꝛ scia in aīa. Sed dici de subiecto ē dici ꝛ p̄dicari de alio vt de inferioꝛi suo qdditatiue ꝛ essentialit' vt hō dr de subiecto suo vel īferioꝛi vt ~~iohes~~ dicēdo iohes ē hō: silr gen' dr de sua spē qdditatiue tanꝙ superius de suo inferioꝛi vt hō ē aīal. Equiuocat' aūt ī ista scđa diuisiōe: subiectū aliqñ em̄ accipitur subiectum p̄ subiecto inferioꝛitatis quo modo iohannes est inferius ad homiē et homo est inferius ad animal. Aliquādo aūt accipitur subiectū pro subiecto inhesiōis vt coꝛp' dicitur subiectū inhesionis coloꝛis ꝛ aīa hominis dicit' subiectum inhesionis respectu scientie. Vñ arestotiles dicit in antep̄dicamentis oīs coloꝛ ē ī coꝛpoꝛe ꝛ etiā in aīa inhesiue licet autē scientia denominatiue dicitur etiam esse hominis: hominē enim doctū nominamus scientificum. Sequitur corollarie sexto ꝙ licet partes sunt in toto non inhesiue accidentaliter sed potius integratiue actiue quia partes cōponunt totum: dicitur enim p̄imo phisicoꝝ: totum non ē aliud ꝙ omnes sue partes simul sumpte de isto tamen latius dicetur in prima ꝓprietate substātie in p̄edicamentis.

Notandum quarto et vltimo: ꝙ ista

scđa diuisio habet quatuoꝛ particulas. Prima quedam dicuntur de subiecto idest de inferioꝛi ꝛ non sunt in subiecto accidentaliter vt accidens est in subiecto vt sunt genera ꝛ species de p̄dicamento substantie vt homo animal: Homo enim dicitur de subiecto vt Johannes est homo ꝛ non est in subiecto qꝛ nō ē accidēs. Mō nihil est in subiecto nisi accñs. Scđa pticula quedā dicūtur de subiecto ꝛ in subiecto sūt vt coloꝛ dicitur de subiecto

idest de inferiori vt albedo e color nigredo est color et color est i corpore sicut accidēs in subiecto. Tercia particula quedā nec dicūtur de subiecto idest de inferiori nec sunt in subiecto accidentaliter vt accidēs vt indiuidua de genere sube et prime sube nō dicūtur de inferiori qr nō habēt inferius se sunt enī vltimo in ordine substātiarū nō vltimo nō datur vltimus. Similiter nō sunt in subiecto qr nō sunt accidētia. Quarta et vltima pticula est qꝫ quedā sunt in subiecto accidentaliter sed nō dicunt de subiecto idest de inferiori vt hec scia est in subiecto vt in aīa inhesiue et nō dicitur de subiecto: idest de inferiori qr nō habēt inferius se Sequitur corollarie prīo qꝫ licꝫ sube scđe sunt in primis nō tñ sicut accidens in subiecto sed sicut quidditas in illo cuius est qdditas: superiora enī sunt de essentia inferiorū. Sequitur corollarie scđo qꝫ forma substātialis e in materia nō tamen sicut accidens in subiecto sꝫ sicut forma subalis in sua materia Utilitas aūt istius scđe diuisiōis e ista: vt sciamus qꝫ oē reponibile i pdicamento debet ptineri sub aliquo istorū quatuor modorū: oē enī qđ e in pdicamēto aut est vniuersale aut singulare Si vle h est dupliciter aut est de gñe sube: et sic dicitur de subiecto et nō e in subiecto vt hō: vel est vle de pdicamento accidentis et sic e in subiecto et dicit de subiecto vt color Si aūt e singulare hoc iterū est dupliciter: aut est singulare de pdicamēto substātie tūc nec dicitur de subiecto nec est i subiecto vt iohānes. Si aūt e singulare de pdicamento accidentis tūc e in subiecto et nō dicitur de subiecto vt hec scia dicit enī aresto. circa hāc diuisiōeꝫ qꝫ omīs color est in corpore et omnis scientia e in anima. Istis notabilibus sic positis est.

Cōclusio respōsalis: due diuisiones

anpredicamentales ab arestotile sunt sufficiēter assignate veritas pclusionis pꝫ ex his que dicta sunt in notabilibus.

Arguitur primo: Cōplexa nō dicun

tur igitur prima diuisio nō valet igitur pbatur Illud quod dicitur hoc predicatur sed cōplexa nō pdicātur igitur Maior est nota qr idem e dici et pdicari. Minor qr illud qđ dicitur e vle modo pplexū non e vniuersale Dico verum argumentū cōcluderet si hic dicūtur caperetur vt valeret tm̄ sicut predicātur sed valet tantū dicūtur idest proferuntur vel ex psequēti scribūtur vel etiā pcipiūtur tamem pricipaliter valet tm̄ sicut pdicātur.

Arguitur scđo: nulla e vox complexa

igitur pbatur vox dicitur cõplexa qz ei correspõdet conceptus cõplexus sed nullus conceptus ē cõplexus igitur. Maior ē arestotilis primo periarmeniarum. Minor patet oĩm conceptus ē illius quod intelligitur sed intellectus nõ põt intelligere plura simul: igitur nullus ē conceptus complexus. Maior qz conceptus formãtur de rebus intellectis Minor ē aresto. tercio de aĩa. Intellectus nõ põt simul plura intelligere: et scdo topicorum dz Plura cõtingit scire vnũ aũt intelligere. et quarto meta. dz qui nõ vnuz intelligit nihil intelligit. Dico verũ argumẽtum cõcludit q intellectus nõ potest intelligere plura per modũ pluriũ diuisim et distincte sed intellectus põt intelligere plura per modũ vnius cũ eñ intellectus intelligit vniuersale intelligit etiaz oĩa singularia sua generaliter et cõfuse.

Arguitur tercio: Aliquod ē dicibile

cõplexum qd ponit̃ in pdicamento igitur pbatur qz corpus aĩatum similiter anno dñi millesimo quingẽtesimoquarto ē complexum et ponit̃ ĩ pdicamento: q corpus animatum sit complexum notũ est et ē in pdicamento subẽ sic hoc cõplexum anno dñi millesimo quingẽtesimoquarto ponit̃ in pdicamẽto quando. Dico verũ argumẽtũ cõcludit q ista sunt cõplexa quo ad vocem sed non quo ad rem et significatuz et circũloquimur vl' ponimus cõplexum p incomplexo ratõe defectus vocabulorum.

Arguitur quarto: aliqd ē dicibile qd

nec ē complexum nec incõplexum ergo pma diuisio ē insufficiens: pbatur aña quia dictio cõposite figure vt paterfamilias et corpus aĩatum nec ē complexũ nec incõplexum. Nõ cõplexũ quia ponitur in pdicamento vt paterfamilias ponitur ĩ pdicamento relatiõis: similiter corpus animatũ in pdicamẽto subẽ q aũt sint cõplexa quia sunt composite figure. Dico verũ argumentum cõcludit q paterfamilias et corpus animatuz sunt cõcõplexa grãmatice sed non logice quia quodlibet illorum semper vnam rem significat.

Arguitur quinto: omne quod dicit̃

de subiecto ē in subiecto igitur prima particula diuisionis scde nõ valet pbatur aña dici de psupponit esse in sed homo dicitur de subiecto ergo etiam erit in subiecto Maior ē alberti capitulo de genere in porphirio Minor ē nota quia homo dicitur de Johanne et quolibet homine. Dico verum argumẽtum cõcludit q homo dicitur de subiecto idest de inferiori sed nõ oportet q

omne quod dr de subiecto inferioritatis q3 sit in subiecto accidē taliter et sic argumētum nō cōcludit.

Arguitur sexto. Prima particula diuisionis scđe ē male posita probatur differētia racionale ptinet sub prima particula diuisionis scđe et nō dicitur de subiecto id est de inferiori probatur quia rationale dicitur de homine vt hō ē rationalis et homo nō est inferius ad rationale sed equale qa ꝑm veritatem solus homo est rationalis. Dico licet differētia rationale nō dicitur de homine sicut de īferiori immediate tamē sufficit q3 rationale dicitur de suppositis hominis sicut de inferioribus vt ioānes est rationalis petrus est rationalis et hoc ēst mediate.

Arguitur septimo. Inferius nō dr subiectum respectu superioris igitur superius nō predicatur de inferiori sicut de subiecto probatur antecedens Omne subiectū est prius illo cuius est subiectum sed singularia nō sunt priora vniuersalibus igitur Maior est nota fundamētum est subiectū edificij et prius est fundamentum q3 fundatum. Minor patet quia vniuersale dat esse rationem et nomē suis singularibus et est causa singularium modo causa est prior q3 effectus et etiam vniuersale diffinit et notificat singulare: modo notificās ē pus notificato. Dico verum argumentum cōcludit q3 subiectum accidentium ē prius q3 illud quod accidit et est ī tali subiecto. Dicitur enī septimo methaphisice substancia est prior accidente: s3 subiectum inferioritatis nō oportet esse prius illo quod ē in eo quia superius et inferius eadem gñatione generātur vt ioānes et homo. Dicit enī gilbertus porritanus autor sex principiorū Natura occulte operatur ī rebus pducēdo singulare pproducit vniuersale.

Arguitur octauo Singulare de predicamento substātie dicit de subiecto igitur arestotelēs male dr ī quarta particula scđe diuisionis probatur quia aliquis homo est singulare quia prima substantia vt dicit arestotilēs et tamē aliquis homo dicitur de subiecto vel īferiori quia aliquis homo dicitur de petro de ioāne quia Petrus est aliquis homo Joannes est aliquis homo. Dico verum argumentum concludit q3 aliquis homo dicitur de inferiori nō quia singulare et īdiuiduū est sed rōe specifice nature quam īcludit que natura ꝑm se est cōmunicabilis multis.

Utrum due regule antepredicamētales ab Arestotile sint sufficienter assignate. Quarum prima ē quando alterum predicatur de altero vt de subiecto quecunqȝ de eo quod predicatur dicuntur omnia etiam de subiecto dicūt. Scda vero est ista diuersorum generum et nō subalternatim positorum diuerse sunt species et differētie. Pro intellectiōe itaqȝ prime regule.

Notandum est primo: ꝙ ista regula prima exprimit ordinem illorum que in eodem predicamento ponuntur. Unde dicit quādo alterum de altero predicatur. Intelligitqȝ arestotiles in ista regula per alterum et alterum superius et īferius que sunt alterum et alterum et nō aliud ⁊ aliud. Aliud enim dicit diuersitatem essentialem alterum autem diuersitatem accidentalem vt ergo arestotiles ostēderet superius et inferius differre accidētaliter tm̄. Dicit notanter qn̄ alterum hoc ē superius p̄dicatur de altero id ē de inferiori. Qz aūt supi⁹ et inferius vt homo ⁊ aīal saltem ī eodem dicūt vnam et eādeȝ naturā cōmuniter deducitur sic per eādem em̄ formā socrates ē hō et animal quinimo corpus animatū corpus et suba. Nō em̄ oportet ꝙ tot sint forme subales ī eodē supposito (vt voluit auicebron ī libro fontis vite) qt p̄dicata q̇ditatiua dicūt de aliq̄ re. sed sufficit ꝙ p̄dicata quiditatiua q̄ de aliqua re p̄dicant capiāt a diuersis ꝑfectionibus q̄ ī vna forma reperiūtur. Si g° ꝑ eandē formā socrates ē hō ⁊ aīal ɔcludit ꝙ superius ⁊ īferius ī eodeȝ nō sunt diuersa essentialr̄ et realr̄ sed solū dr̄n̄t accn̄talit penes latiorem modū intelligēdi ⁊ ꝑcādi supius em̄ āpliorē hȝ modū itelligēdi ꝙ spēs ⁊ īferius ⁊ ꝑcandi vt declaratū ē ī Porphirio cū onūm ē ꝙ spēs colligit multa sed gn̄s plura colligit ꝙ species. Patȝ etiā rōe ꝙ superius ⁊ īferius ī eod ē nō dr̄n̄t realiter. Quecūqȝ eadē gn̄atōe gn̄ant et eadē corruptōe corrūpunt sunt idē realr̄ sȝ superi⁹ ⁊ īferius eadē gn̄atōe generant ⁊ eadē corruptione corrūpunt ⁊ ꝑ ɔn̄s nō dr̄n̄t realr̄. Maior ē aristo. q̄rto meth. Minor qn̄ em̄ gn̄atur hō gn̄atur etiā aīal qz hō ē aīal Intelligit g° regula ista prima sic. Qn̄ alterū id ē superi⁹ dr̄ id ē predicatur de altero vt de subiecto id ē de inferiori vt animal de homine dicēdo hō ē animal tūc quecūqȝ predicata de eo quod predicatur id ē de superiori predicātur: omnia talia p̄dicata etiam p̄dicant de subiecto id est de inferiori vt ioānes est hō ⁊ hō ē aīal ergo ioannes est animal. Silr̄ hic hō ē aīal et aīal ē corp⁹ aīatū corp⁹ ⁊ suba ergo hō ē corp⁹ aīatū hō est corpus et homo ē suba

Ratio q2 quicqd ē superius superior alicui9 īferioris hoc ē etiā superius inferiori vt animal ē superius ad hoīem ⁊ corpus animatum ē superius ad animal ergo etiam corpus aīatum est superius ad hoīem Utilitas autem istius regule ē ista vt sciamus φ oīa que se hñt scdm istam regulam ponūtur ī eodem predicamento vt ioānes homo animal corpus animatum similiter corpus omnia ponūtur ī predicamēto sube per istam ergo regulam exprimitur ordo eorumque ī eodē pdicamēto ponūtur

Notādum scdo: φ ista regula prima

prima nō valet: p̄batur q2 ex ea seq̄tur q̄ centrū terre vel etiā ip̄a terra esset prima suba quod ē falsum q2 nō ē singulare s3 sequela p̄batur q2 centrū terre maxie sbstat: terra eñ ē vltimū elemētorum et ē vltimū receptaculū vt dt albertus primo p̄hicorum In quod oēs v̄tutes celorum ɔgregant. Dico vero argūtum ɔcludit q̄ centrum terre et ip̄a terra substat oībus pure phisice s3 nō logice Illud eñ quod substat logice ē dicibile designās subam primā singularem sic āt nō ē de centro terre vel ipsa terra.

Arguit septimo. Ex diffinitōe prime

substantie sequitur falsum igitur ꝓbatur quia sequeretur ꝙ materia prima esset prima substantia quod ē falsum patet qꝛ mat̃ia prima nō ē per se in genere sed reductiue: prime autem substãtie sunt per se in gñe. Probatur sequela qꝛ materia prima proprie et maxīe substare dꝛ: pͥmo eťħ phicoꝝ dꝛ ꝙ materia pͥma ē primum subiectum oīm formarum. Dico verum argumentum concludit ꝙ materia prima ē primum subiectum formarum substantialiū sed nō ē subiectum nec substat sicut substantia prima substat qꝛ prima substantia ē ens in actu. Materia aũt prima ē ens ī pura potentia et etiam substãtia pͥma substat accidentibus īmediate. Nullum autem accidens ē proxime et īmediate in materia pͥma vt declaratū ē ī porphirio circa diffinitionē accñtis.

Arguit̃ vltimo. Accidentia ī cōcreto pdicantur etiam ratione de prima substantia igitur ꝓbatur de q̄cumqꝫ predicatur diffinitum de eodem predicatur et diffinitiō sꝫ diffinitum vt accidens in concreto pdicatur de prima substantia ergo etiam defiñitio accidentis ī concreto pdicatur de prima substantia. Maioꝛ ē nota qꝛ diffinitum et diffinitio verificantur de eodem vt dꝛ scdo topicoꝝ. Minoꝛ ē nota qꝛ hec ē vera ioannes ē albus. Dico verum argumentum concludit ꝙ diffinitio accñtis ī concreto pdicatur de substantia pͥma sed non quidditatiue sꝫ accidentaliter sicut et accñs ī concreto etiam pdicatur accidentalit̃ diffinitio tamen accidentis ī abstracto non pdicatur de substãtia prima.

Queritur vtrum sex ꝓprietates predicamenti substantie ab Arestotile sint sufficiēter assignate. Pro intellectione questionis note.

Notandum est primo: ꝙ ratio quare Arestotelis determiñando de decem pdicamentis cuilibet pdicamento suas ꝓprietates adiungit: qꝛ eťħ pdicamenta non habent diffinitiōem ꝓprie dictam et a priori ex quo eťħ sunt genera gñalissima que priora non habent p que deberent diffiniri vt saltem arestotiles pdicamenta notificaret a posteriori cuilibet predicamento suas adiungit ꝓprietates. Dr̃ eťħ primo de aīa ꝙ accñtia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est rei. Capit̃ aũt in pdicamentis ꝓprium cōmuniter p quacumqꝫ proprietate ꝯuenienti alicui pdicamento et rebus alicui⁹ pdicamēti p ꝯueniētia et participatōe alicui⁹ ꝓprietatis ꝓprie eťħ sumēdo ꝓpriū soli spēi ꝯuenit quod ꝓpriū emanat ꝛ fluit ex principijs ītrisecꝭ eēntialib⁹ vt risibile respectu hoīs vt oñdit̃ pͥmo posterioꝝ

Aliqque autem pprietates substantie couenīunt substātie fm eē reale vt substantia ē res realis quedam: et sunt tales quatuor prima non esse ī subiecto. Scda nō habere contrarium. Tercia non suscipere magis: et quarta suscipere ɔtraria successiue fm sui mutatōem. Due autem pprietates ex his sex ɔueniunt substātie fm esse intentionale et fm q substantia habet esse ī itellectu ap prehendente vt iste due vniuoce pdicari et pcare hoc aliqd aut quale qd. Pria itaqȝ pprietas substantie ē. Cōmune ē oī substātie ī sbiecto non esse que pprietas licet quo ad vocem ē negatiua tamen ē affirmatiua quo ad rem et intellectum. Cum em arestotelis dixit pprium ē substantie ī subiecto nō esse: voluit q pprium ē sbstātie per se esse: q2 non esse ī subiecto ē per se esse. Alij tamen dicunt q ista pprietas debet sic poni esse et non ī subiecto hoc ē ppriū sbstantie: et p hoc excludunt entia' phibita: vt chimerā tragelaphū id ē hircocervum que non sunt ī subiecto q2 non sunt et g dicunt dicendum esse in natura τ non ī subiecto ēē propriuȝ substantie. Non capitur etiam hic subiectum cōmuniter p quo libet sbstāti alteri quia sic forma subalis ē in subiecto. Dr em primo phicorꝫ q materia ē primum subiectū omniū formarū subalium. Sed capitur hic subiectum pprie p subiecto accidentis quod est ens in actu cui inheret aliquid accidentalr et sic materia prima nō ē subiectum nō em ē ens in actu sed ē pura potētia vt dr pmo phi. et etiam materie prime nullum accn̄s saltem absolutū inest immediate vt dictum ē circa diffinitōem accn̄tis in porphirio. Probat aūt arestoteles istam pprietatem tam de suba prima q scda q nulla eaꝝ sit in subiecto de suba prima pbat per diffinitionem scdam prime sube ī qua dictum ē Suba prima ē que neqȝ de sbiecto dr neqȝ in subiecto ē: de scda vero suba q nō sit ī subiecto. Probatur dupl'r primo inductiue Inducendo p omnes subas scdas sic arguendo homo ē suba scda et nō ē ī subiecto nec asinus nec equus nec anim al et sic de singulis g nulla suba scda ē ī subiecto Tenet ɔn̄tia ab inducentibus ad inductam. Unde inductio fm Boetium primo thopicoꝝ ē pcessus a singularibus vel min⁹ cōmunibus sufficienter enumeratis ad eius vlem. Probat secūdo arestoteles ratione et syllogismo vel argumēto syllogistico q nulla suba scda ē in subiecto et arguit sic. Illud qd predicatur nomie et ratōne nō ē in subiecto sed omnis suba scda pdicatur de prima nomine et ratione igitur nulla substantia scda ē in subiecto Maior quia pdicari nomine et ratione nō couenit accidentibus que sunt in subiecto vt deductum ē in questione precedenti. Minor patet quia homo predicatur nomine et ratione de suis īdiuiduis et genus predicatur nomine et ratione de suis speciebus Postrea arestoteles remouet vnū dubiū de ptibus integralibus respectu

totius. Posset em̄ aliquis opinari ꝙ partes integrales sunt sub-
stātie: qꝛ pars substātie ē substantia: ꝛ partes integrales sunt in
toto: ꝙ substantia esset in subiecto respōdet in textu dicēs. Non
vos cōturbāt substantiaꝝ partes que ita sunt in toto quasi in sb-
iecto sint: ne forte cogamur eas substātias non esse confiteri: nō
em̄ in subiecto dicūtur esse que tanq̄ partes sunt in aliquo. Alio
ergo modo essendi in: partes integrales sunt in toto ꝛ accidentia
in subiecto: partes em̄ integrales sunt in toto primo mō essendi
in: scilȝ integratiue actiue. Accidentia aūt sunt in subiecto quin-
to modo essendi in: quo scȝ modo forme accidētales sunt in eoꝝ
subiectis. Unde differentia est triplex inter partes integrales re
spectu totius in quo sunt: ꝛ respectu accidentiū que inherēt sub-
iecto. Prima: partes em̄ integrales sunt de cōstitutione totius.
Uñ ꝛ dicitur primo phisicoꝝ: ꝙ partes omnes integrales simul
sumpte constituūt totum: sed accidentia nō sunt de cōstitutione
sui subiecti sed potius accidentia sequūtur suum subiectū. Se-
cunda differentia: quia separatis partibus integralibꝰ a toto cor
rumpitur totum sed separatis accidentibus a subiecto nō corrū
pitur subiectum. Tercia differentia qꝛ separatis partibus inte-
gralibus a toto manēt partes sub esse partium: sed separatis ac-
cidentibus a subiecto nō manent accidentia. Dicitur em̄ quarto
phisicoꝝ. Separatio forme a materia est eius corruptio: quod in
telligitur de formis accidentalibus ipsius rei. Est aūt ista ꝓpri
etas propria substantie quarto modo: quia cōuenit omni substā
tie: soli substantie et semper. Scđa ꝓprietas substantie est vni-
uoce predicari. Unde vniuoce predicari ē predicari de pluribus
nomine ꝛ ratione. Quid aūt sit predicari nomine ꝛ ratiōe dictū
est superius: quia vno nomine ꝛ eadem ratione: cōuenit autem
hec proprietas solum scđe substātie ꝛ non prime. Dicit em̄ aresto
tiles in textu ꝙ a prima substantia nulla erit predicatio: quod
intelligitur tanq̄ superioris de inferiori sed bene tanq̄ eiusdem
de seipso: vt Johannes est Johannes: tamen ista predicatio nō ē
proprie dicta. In predicatiōe em̄ proprie dicta p̄dicatum debet ī
esse subiecto: quia dici de presupponit esse in: modo idem nō est
in seipso: vt dicitur quarto phisicoꝝ. Est aūt hec ꝓprietas ꝓpria
substantie primo modo respectu substantie in communi quia con
uenit soli substantie sed nō oī: quia prime: non scđe: sed respectu
substantie scđe est propria quarto modo. Quomodo autem pre-
dicationes accidētium se habēt: an predicātur vniuoce ꝛ quid
ditatiue vel denominatiue dicetur inferius circa qualitatē Are-
stotiles etiam ostendit in textu ꝙ hec proprietas vniuoce predi-
cari etiam conuenit differentiis substantialibus. Unde dicit in-
est autem substantiis ꝛ differentiis ex his: idest his primis vni-

uoce predicari.

Notandum scdo. Tercia proprietas predicamēti substantie est q substantia prima significat hoc aliquid. Sed substātia scda significat quale quid. Un̄ significare h aliquid est significare rem singularem que est vnū numero. Dicitur em̄ tercio metha. q vnum numero z singulare sunt idem. Tres autē cōditiōes requirūtur ad hoc quod ē significare hoc aliquid. Prima q illud sit singulare z indiuiduū: z ergo nulla substātia scda significat hoc aliquid. Scda q sit ens per se subsistēs in natura z ratōe illius accidētia nō significāt hoc aliquid: quia accidentia nō sunt per se nec etiam substātie scde existūt vltima subsistētia: quia hoc solum habent in suppositis. Tercia q illud quod debet significare hoc aliquid, debet esse ens completum in specie z natura z ergo aīa rōnalis post separationē a corpore est quidem indiuidua sed nō est proprie hoc aliquid: quia nō est ens completū i specie hūmane sed est pars speciei humane: z iste cōditiones tres exprimūtur in hoc quod dicitur hoc aliquid: cum em̄ dicitur hoc tangitur primū quia hoc pnomen demōstratiuū hoc demōstrat rem singularez Scdm cuz dicitur aliquid: prima em̄ substātia significat rem predicamēti substātie distinctam ab īdiuiduis z singularibus aliorū predicamētorū. Terciū puenit ex vnione illorū duorū ad inuicem scz qd sit ens ꝯpletum i specie Un̄ substātia prima ab aliis diffinit̄ sic. Substātia prima ē ens in vltimo actu nature completū i se z per se subsistēs. Scda autē suba scdm arestotilē significat quale quid. i. vniuersale vt homo anial Un̄ alii dicūt: significare quale qd ē significare naturā vniuersalez que ē qualificabilis z ꝯtrahibilis per differētiam indiuiduale. Qd ergo vle vt species dicit quale hoc habet a differētia q eam inesse constituit: sed q dicit quid hoc habet a gn̄e nō ergo significat vle tale quale sicut accidēs Accidēs em̄ significat q̄le accidētale: sed vle dicit quale subale z significat subam qualitate sbstātiali determinatā: vt ē genus similiter spēs Arestotiles dicit i textu q scda suba etiā videtur significare hoc aliquid sub figura appellatōis Un̄ per figuram appellatōis debet intelligi similitudo formatōis vocis quia eadem vox vt homo significat substantiam scdam vt naturam humanaz: z sub eadem voce homo etiam significat indiuidua hominis: sed hoc non ē eodez modo quia ista vox homo principaliter z primo signat vle et naturam hūanam: ex ꝯnti vero z scdario significat indiuidua pticipātia illā naturam vlem hūam: z hoc voluit aresto. dicere sub figura appellatōis Un̄ ꝯcludit q suba scda nō significat ppie hoc aliqd: lz videtur significare hoc aliqd sz potius sicat quale quid.

Notandū est tercio: ꝙ quarta ꝓprietas p̄dicamenti subē est non hr̄e cōtrariū. Rō qꝛ dicit Boeti⁹ in p̄dicamentis cōtrarietas vbiqꝫ quesita ⁊ nullibi nisi in qualitate repta. Pro intelligētia tn̄ distincta huius ꝓprietatis quarte. Sciendū ꝙ cōtrarietas capitur tribus mōis: Prīo mō coīter vt extendit se gn̄aliter ad oēm cōtrarietatē ⁊ radicē cōtrarietat꞉ vt hītum ⁊ priuatōez vt ē visus ⁊ cecitas: ⁊ ad excellentiā ⁊ defectū Excellētia vt ꝓdigalitas ē excellentia liberalitat꞉: ⁊ defectuꝫ vt illiberalitas q̄ ē defect⁹ liberalitatis: vt oñdit quarto ethicoꝝ: similiter oppositio duaꝝ differentiaꝝ oppositaꝝ diuidentiū aliqꝺ genus dꝛ cōtrarietas Isto mō in quolibet p̄dicamēto repitur cōtrarietas: vn̄ ⁊ dꝛ. x. metha. ꝙ in quolibꝫ p̄dicamēto ē dare vnā cōtrarietatē primā differētiaꝝ illius gn̄is: et isto mō nō accipit hic cōtrarietas. Scd̄o accipit cōtrarietas magis ꝓprie vt ꝯrietas extēdit se ad oppositōem motuū quo mō termin⁹ a quo motus ⁊ terminus ad quē dicūtur cōtrariari. Dicit em̄ quīto phisi. ꝙ oīs motus fit inter terminos ꝯtrarios: ꝙ aūt terminus a quo ⁊ terminus ad quē in motu ꝯtrariātur: qꝛ vnus expellit aliū: terminus em̄ a quo in motu ꝯtinue abijcitur ⁊ terminus ad quem cōtinue acquirit. Rō aūt ꝯtrarioꝝ ē se mutuo expellere: vt dicit in p̄dicamentis ⁊ sic cōtrarietas repitur in trib⁹ p̄dicamētis ad que ē motus ꝑ se vt in qualitate q̄ntitate ⁊ vbi. Tercio accipit cōtrarietas ꝓprijssime ⁊ sic ē repugnātia duaꝝ formaꝝ cōtrariaꝝ nō potentiū se simul compati in eodē subiecto vt caliditas ⁊ frigiditas in summo vt dꝛ in postp̄dicament꞉ ⁊ de ista cōtrarietate locutus est Boetius cum dixit cōtrarietas in quolibet p̄dicamēto quesita ⁊ nullibi nisi in qualitate reperta. Res aūt dicūtur cōtrarie dupliciter. Uno modo per se ⁊ scd̄m esse ꝓprium ⁊ sic due qualitates ꝯtrarie actiue ⁊ passiue dicūtur esse cōtrarie vt caliditas ⁊ frigiditas in summo. Scd̄o alique res dicūtur cōtrarie ꝑ accidens non rōne sui ⁊ proprie nature: sed ratione qualitatum cōtrariaruꝫ eis inexistentiū: ⁊ dicitur scd̄o de anima ꝙ ignis cōtrariatur aque non rōne substantie sed rōne qualitatuꝫ inexistētium. Igni em̄ inexistit caliditas ⁊ siccitas Aque aūt frigiditas ⁊ humiditas: modo caliditas contrariatur frigiditati et siccitas humiditati: ⁊ hec ꝓprietas est propria substantie scd̄o modo: qꝛ cōuenit om̄i substantie sed nō soli: quia qualitas vel relatio etiā non habet contraria. Quinta ꝓprietas substātie ē: substantia nō suscipit magis ⁊ minus: in ista aūt proprietate magis ⁊ minus dicunt intensionē ⁊ remissionem: que proprie cōueniūt qualitatibus: vt dicitur in p̄dicamēto qualitatis. Substātia tamē suscipit magis ⁊ min⁹ inq̄tum dicit perfectiōez: dꝛ em̄ scd̄o phisico.

ꝙ forma ē magis suba ꝙ materia idest pfectior sic etiā substātia suscipit magis ⁊ dicit pluralitatē substādi. Sube em̄ scđe q̄ sunt species magis substant ꝙ eorꝫ gn̄a vt declaratū ē superiꝰ. Ratio aūt quare suba nō suscipit magis ⁊ minus vt dicūt intensionē vel remissionē qꝛ intensio oritur vel fit per recessum a ꝯtrario vt albius ē quod ē nigro impmixtius Et remissio ē per accessuꝫ ad ꝯtrarium vt dicitur tercio topicoꝝ. Est aūt ista ꝓprietas ꝓpria substātie scđo mō qꝛ ꝯuenit omī sube sed non soli qꝛ etiam quātitas vel relatio scđm esse ⁊ ꝓprie dicta nō suscipit magis ⁊ minꝰ:

Notandū quarto ⁊ vltimo: ꝙ sexta ꝓ-

prietas sube ē: maxime sube ē ꝓprium ꝙ̄ sit vna ⁊ eadē numero esse susceptiuū ꝯtrarioꝝ scđm sui mutatōem. Pro intelligentia huius ꝓprietatis Sciendū ꝙ̄ non ē idem dicere habere ꝯtrariū ⁊ suscipere ꝯtrarium: qꝛ habere ꝯtrariū ē scđm entitatē suam habere ꝯtrarium ⁊ sic suba non hꝫ ꝯtrarium qꝛ dictū ē ante ꝙ ꝯtrarietas ē solū in qualitatibꝰ Sꝫ suscipere ꝯtraria ē esse subiectū q̄litatū ꝯtrariaꝝ successiue ⁊ sic suba suscipit ꝯtraria: idē em̄ homo existens vnus numero suscipit ꝯtraria in se vt sortes aliqñ ē sanus aliqñ infirmus quādoqꝫ malus quādoqꝫ vero studiosus idest bonus. Couenit ista ꝓprietas p̄io sube prime ⁊ ex ꝯsequēti sube scđe. Rō qꝛ ꝯtraria sunt accidētia cōia vt albedo ⁊ nigredo Accidētia em̄ ꝯmunia p̄imo ꝯueniūt ⁊ insunt sube p̄ie ⁊ ex consequēti sube scđe vt dictum ē in capitulo de accidente in porphirio ⁊ per ꝯsequens ista ꝓprietas primo ꝯuenit sube prime ⁊ hoc arestotiles dixit in textu cū inquit: maxime sube idest p̄ie substātie debꝫ ergo maxime in ꝓposito capi adiectiue ⁊ non aduerbialiter. Notāter aūt dicitur in ꝓprietate cū sit vna ⁊ eadem numero qꝛ quelibet suba prima interim ꝙ viuit vel durat in esse ē vna ⁊ eadem numero Idem em̄ ē hō scđm substantiam qui ē hodie et qui fuit heri: ⁊ idem hō ē qui hodie ē sanus et cras infirmus ꝑm subam licet hoc negabat eraclitus dicens ꝙ idem hō non posset intrare eundē fluuiū bis: nec esset idem hodie qui fuit heri. Accidētaliter tū̄ variatur hō ꝯtinue nec manet semper in eadē dispositiōe: dꝫ em̄ p̄io de aīa: si senex haberet oculos vt iuuenis videret vt iuuenis ⁊ quarto phisicoꝝ: choriscus alter ē in domo ⁊ alt in foro. Recipit aūt suba p̄ia cōtraria successiue qꝛ contraria nō pūt simul inesse vni rei vel subiecto expellūt em̄ se mutuo vt dicetur in post p̄dicamētis Et p̄ia suba suscipit ꝯtraria scđꝫ sui mutationē passiuam Iohānes em̄ existens hodie sanus ⁊ postea infirmus mutatur in natura sua ⁊ dispositiōne ⁊ per hoc excluditur orō sīr ꝓpositio ⁊ etiam visus vel opinio: eadem em̄ opinio pōt esse nūc vera ⁊ postea falsa ꝑm mutatōem rei de qua est illa opi-

nio τ eadem ꝓpositio que nūc ē vera τ postea potest esse falsa nō ꝑ mutatōez ꝓpositōis sed rei ipius q̄ significat ꝑ talē ꝓpositionem vt socrate existente sano hec ē ꝟa socrates ē san⁹ τ eadem ꝓpositio ē falsa socrate existēte infirmo: τ h̄ aresto. dixit ī textu cū inq̄t ab eo q̄d res ē. vl' non ē oratio dr̄ ꝟa vel falsa dicit̄ eī̄ in proprietate ꝙ suba manēs vna τ eadez nūero suscipit ꝯtraria et per h̄ excluditur numerus q̄ lȝ suscipit ꝯtraria vt par τ impar nō tū idem numer⁹ in nūero: nō pōt eī̄ idem numerus esse par τ impar Sic̄ actio q̄nq3 ē praua quādoq3 bona sed nō eadē actio ī numero. Est aūt hec ꝓprietas propria sube p̄ie q̄rto mō ꝯuenit tū etiā scđe ex ꝯñti sȝ non prio. Jstis notabilib⁹ sic positis ē.

Cōclusio responsalis ista. Sex ꝓprie

tates pdicamēti sube ab' arestotile sint sufficiēter assignate patet ꝟitas conclusionis ex his q̄ dicta sunt in notabilibus.

Arguitur primo: esse τ nō esse in sub-

iecto nō ē ꝓprietas sube: ꝓbatur ꝓpriū nō ē cōe sȝ esse τ nō esse ī subiecto ē cōe substātie igitur non ē ꝓprietas. Maior quia repugnat idem esse cōmune τ ꝓpriū Minor est arestotiles in textu cū dicit Cōmune ē omni sube in subiecto non esse. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ ista ꝓprietas ē cōmunis τ etiam ꝓpria: ē ꝓpria respectu substātie in ꝯmuni sed ē ꝯmunis respectu substātiaꝝ particulariū sic in simili risibile respectu hoīs ē ꝓprium: sȝ respectu suppositoꝝ hoīs ē quoddam cōe vt dictū ē ante.

Arguitur scđo: substātia nullaȝ habȝ

ꝓprietatem igitur ꝓbatur Nullum genus generalissimū habet aliquam ꝓprietatē: sȝ substātia ē genus ḡnalissimū igitur Maior q2 ꝓprium solū ē speciei: ꝓprium eī̄ emanat ex principijs speciei Minor ē nota. Dico verum argumentū concludit ꝙ proprium captum ꝓprie ꝑ ꝓprio quarto mō: hoc solū ꝯuenit spēi: sed nō capitur hic ꝓpriuȝ tali mō: sȝ capit̄ hic ꝑ proprietate quocūq3 modo sit proprietas.

Arguitur tercio: substātie scđe nō p̄-

dicatur de primis igitur ꝓbatur dici de presupponit esse in sȝ sb̄stantie scđe non sunt in primis igitur. Maior ē regula Alberti. Minor quia prime sustātie sunt in scđis vt dictuȝ ē prius in deffinitione substātie scđe ergo scđe non sunt in primis: tenet ꝯñā: quia alias ꝯmitteretur quidā circulus queȝ aresto. ꝓhibuit primo posterioꝝ. Dico verum argumentū ꝯcludit ꝙ substantie pri

me sunt i scdis pñtiue & scde sunt i primis actualiter qr sunt de essentia primaꝝ & sic hoc contingit diuersis modis.

Arguit quarto: differētia nō pdicat vniuoce igit scda pprietas sube nō valet: pbatur añs Illud qd predicat vniuoce hʒ vnā rōem: sʒ drña nō hʒ vnam rōem igitur Maior est nota ex prius dictis Minor qr nihil hʒ diffinitiōem nisi spēs. Vñ dixit Boetius in libro diffinitōnuʒ: ꝙ sola species diffinitur. Dico verū argumētum ɔcludit ꝙ sola species diffinitur diffinitiōe pprie dicta tamen etiam differentia diffinitur saltem diffinitione cōmuniter dicta.

Arguitur quīto: suba prima nō significat hoc aliqd igit pbatur Oē significabile ē intelligibile sʒ substantia pria nō ē itelligibilis igit Maior qr mod⁹ significādi psupponit modū itelligēdi: minor ē aresto. scdo de aīa cū dt. Intellect⁹ ē vlium sensus vo singulariū: & tcio de aīa dr ꝙ qdditas rei materialis ē obiectū intellect⁹: ɔstat aūt ꝙ suba pria nō ē vle nec ē qdditas sʒ hñs qdditatē. Dico lʒ singulare nō ē itelligibile directe & prio tñ scdario & ex ɔñti: prio eñ intellect⁹ fertur i qdditatē rei postea i illd qd hʒ qdditatem vt oñditur tcio de aīa.

Arguit sexto: suba hʒ ɔtrariū igitur: pbatur Actiua & passiua sunt ɔtraria sʒ sube sunt hmōi igit pbatur: maior qr int actiuū & passiuū ē ɔrietas vt dr prio de gñatiōe Minor pʒ de elemētis q sunt sube & vnū agit i aliud. Dico veꝝ argumentū ɔcludit ꝙ elemēta agūt & patiūtur ad inuicē & ɔriant ñ rōe sui i eo ꝙ sube sunt sʒ rōe qlitatū q inexistūt ipis elemētis.

Arguit septimo: suba suscipit magis & minus igit pbatur añs autoritate arestoti. tercio topicoꝝ cum dt ꝙ ignis lux ē magis ignis ꝙ ignis flāma: & ignis flamma ē magis ignis ꝙ ignis carbo. Constat aūt ꝙ ignis scdm suas species omnes est substantia: & iterū autor sex principioꝝ dicit ꝙ animal est animātius planta: constat autem ꝙ aial est substātia & etiam plāte Ad primū dicitur ꝙ ignis lux est magis ꝙ ignis flāma & flāma magis ꝙ carbo quo ad qualitates & non substantiā ignis: qr ignis flāma ē rarior ꝙ ignis carbo & ignis carbo ē ignis densior ꝙ ignis flamma. Ad scdm dicitur ꝙ aial ē animatius planta q ad operatōnū pluralitatē: qr aial hʒ plures opationes ꝙ plāta Aial eñ sentit & mouetur de loco ad locum planta aūt nō sentit nec mouetur de loco ad locum.

Arguitur vltimo. Substātia nō suscipit ɔtraria: pbatur corpora celestia sunt sube pdicamentales et nō suscipiūt ɔtraria: pbatur autoritate arestotilis primo celi cū dixit recte natura egit celū eximendo a ɔtrario Similit' intelligentie sunt sube pdicamētales ꝛ nō suscipiūt ɔtraria scdm earū imutatōem igitur: pbatur qꝛ nō habent radicem corruptōis mutatōis ꝛ variatōis vt materiā: dꝛ em̄ sexto metha. Materia est causa esse ꝛ non esse. Et prīo phisicoꝝ dꝛ. Materia tendit ad maleficiū. Ad primū dico ꝙ licet in celo nō est cōtrarietas quo ad formā substātialem aliam acquirendā: tñ in celo quodāmodo ē diuersitas ꝛ ɔtrarietas ad diuersa vbi ꝛ diuersas differētias positionū: qꝛ corpora celestia nūc sunt in oriēte nūc in occidēte nūc sup terram nūc infra terram. Ad scdm ē dicendū ꝙ licet intelligentie nō suscipiūt ɔtraria naturalia vt caliditatē frigiditatem albedinē vel nigredinem: tñ possunt recipere ɔtraria moralia vt bonitatē vel maliciam ꝙtum ē de se lꝫ nō recipiūt nec recipere pñt: qꝛ intelligētie diuine iam firmate sunt in gr̄a nec pñt peccare Sic sl'r ipi dānati sunt firmati in malo vt bñ velle nō possint Pñt etiam intelligēꝰ ex se esse ꝛ non esse lꝫ virtute diuina sunt preuenti ꝙ semper erūt: qꝺ pulchre dixit plato in thimeo loquēs in persona summi dei ad angelos superiores q̄ sunt domini angeloꝝ inferioꝝ cū dixit in hec vba. O dij deoꝝ quoꝝ pater opifexqꝫ ego: natura quidē estis mutabiles: volūtate aūt mea sic pmanetis Quod em̄ bona rōne vinctū est dissolui velle nō ē dei.

Queritur. Utrū tres diuisiōes quantitatis ab arestotile sint sufficiēter assignate. Pro intellectōe questionis more.

Notandū est primo: ꝙ postꝙ aresto. determinauit de predicamēto substātie nūc ɔsequēter determīat de predicamēto ꝙtitatis Cuius ratō ē ista oīa em̄ accidētia insunt substātie per ꝙtitatem ē ergo ꝙtitas imediatū stramentuꝫ ꝛ subiectū quo oīm alioꝝ accidētiū naturaliū que insunt substātie per ꝙtitatem dicit em̄ aresto. in pdicamentis Tm̄ album dices quāta est superficies albi. Nō autē diffinit arestotiles pdicamentū ꝙtitatis qꝛ ꝙtitas est genus gñalissimū: genus aūt gñalissimū nō pōt diffiniri diffinitōe pprie dicta cū nō hꝫ prꝰ et notiꝰ Pōt tñ diffiniri ꝙtitas diffinitōe cōit' dicta: sic ꝙtitas ē scdꝫ quā dicimur quāti. Rō aūt istius quare aresto. diffinit qualitatē ꝛ non ꝙtitatem quia oēs spēs qualitatis denoīant suū subiectū equaliter scdm em̄ oēs spēs q̄litatis dicimur quales: sed nō scdꝫ

gorias Arestotilis.

omnes spẽs q̄titatis dicimur quāti saltem quātitate ꝯtinua s꞉ potius aliq̄ꝰ dicimur multi vt ꝑm quātitatem discretã. Arestotiles eñ quīto metha. diffinit q̄titatem. Quantitas ē res per se diuisibilis in ea que sibi insunt quoꝝ quodlibet ē vel natū est esse hoc aliquid in actu: in qua definitiõe tangūtur tria. Primum q̄ q̄titas ē res per se diuisibilis: vñ ꝛ omnia quāta ꝛ sola quāta diuiduntur rõne q̄titatis. Scdm qd̄ tangitur in ista diffinitiõe ē quod res diuiditur in partes integrales que insunt rei quāte ꝛ ex quibus res quāta integratur. Terciū qd̄ tāgitur in ista diffinitiõe q̄ quātū diuiditur in tales partes que post diuisionē a toto ꝛ separatione manēt quodāmō hoc aliquid in actu. Sequit̄ corollarie p̄mo q̄ simplicia nō diuidūtur quātitatiue q꞉ non hñt partes ex quibus cõponūtur. Sequitur corollarie scdo q̄ nulla forma diuiditur per se quātitatiue q꞉ quelibet ē simplex: vt dr̄ Gilbertꝰ porritanus autor sex p̄ncipioꝝ: forma tñ diuiditur per accidens rõne quātitatis. Vñ aresto. dixit: tantū albū dices quāta ē superficies albi. Quinq꞉ aūt gñabilia sunt inquirēda circa p̄dicamentum q̄titatis sicut circa alia p̄dicamēta: primū qd̄ ē gñalissimū huius p̄dicamēti: scdo qd̄ quesitiuū: tercio quis modus significādi: quarto quis modus predicādi de p̄ia subā: ꝛ quīto que sit mēsura ponibiliū in hoc p̄dicamento. Ad primū dicendum ꝑm arestotilē q̄ ē q̄titas: alij tamen adhuc etiā ponūt q̄tum nō interrogatiue sumptū vt valet tm̄ sicut aliquātum vel ens alicuiꝰ quātitatis: sed hoc nō opoꝛtet q꞉ q̄titas formaliter includit oēs quātitates in p̄dicamēto q̄titatis reponibiles. Ad scdm dicendum q̄ plura sunt quesitiua huius p̄dicamenti ꝑm q̄ varie sunt q̄titates in hoc p̄dicamēto reponibiles: alique eñ sunt q̄titates ꝯtinue ꝓ quibus ponit̄ quantū querēs ꝯtinuam q̄titatē vt quātus est socrates: rñdetur longus latus ꝓfundus. Pro quātitate discreta noīaliter significata ponitur quot: vt querēdo quot sunt scolares in scolis: rñdetur decem sex. Pro q̄titate autē discreta aduerbialiter significata ponitur quotiēs: vt quotiēs fuisti in domo: rñdetur septies vigesies. Ad terciū dicendū q̄ modꝰ significādi huius p̄dicamēti ꝑm arestotilē est significatõe formali significare q̄titatem tam ꝯtinuam q̄ discretam. Ad quartū dicēdum q̄ modus predicādi huius p̄dicamēti ē p̄dicari de p̄ia substantia ꝑm se vel eius ꝯcretum ad quesitiuū huius p̄dicamēti vt cum q̄ritur quātus ē iohānes rñdetur longus spissus ꝓfundus Dico notāter vel ꝑm eius ꝯcretum ꝓpter abstracta p̄dicamēti q̄titatis que nō ꝑm se p̄dicātur de p̄ia subā sed ꝑm coꝝ ꝯcreta: vñ licet hec nō sit vera iohānes ē lōgitudo: tñ hec est vera Johānes est lōgus. Mensura aūt ponibiliū in isto p̄dicamēto ē hec omnia dicibilia q̄ significatõe formali significāt q̄titatem ꝛ p̄dicabilia

sunt de prima subaᷓ: ad questitiuum huius predicamenti ponitur in p̄dicamento quātitatis vt longū latū ꝓfundum.

Notandum scđo ꝙ prima diuisio quātitatis ꝺm arestotilem in textu est hec duplex ē quātitas quedaꝫ continua et quedam discreta. Quantitas continua cuius partes copulant̄ ad terminum cōmunē qui est principium vni⁹ ꝑtis et finis alterius vt linea. a. b. c. Pro qua diffinitōe intelligenda. Sciendum terminus communis in ꝓposito est quoddam cōe in participando in quo partes alicuius cōtinui participant vt punctus in medio linee qui vocatur punctus continuans ꝑtes linee. Dicitur terminus cōmunis in ꝓposito. Unde in linea assignant̄ duplicia puncta quedam terminātia lineam vt punctus vn⁹ in ꝓncipio linee et alter ī fine linee vt ī linea a b c. a et b. sunt pūcta terminantia linee. Punctus autem cōtinuās ē qui vnit et copłat ꝑtes linee adinuicem existens finis prime partis linee ⁊ initiuꝫ partis scđe vt pūctus in medio linee. Copulari aūt partes linee ad terminum cōmunem est ipas partes linee vniri in aliquo cōmuni puncto in participando et termino qui ē finis vnius ꝑtis et principium alterius partis. Unde et euclides dixit ꝙ cōtinuū est cuius partes se simul tenent et dr̄ a con quod est simul ⁊ teneo tenes quasi quātitas cuius partes se simul tenēt. Species autēꝫ quātitatis continue ꝺm arestotilem in textu sunt quinqꝫ scilicet linea superficies corpus locus et tempus. Unde linea ē quātitas continua sub ratione longitudinis permanētis tantū ꝯsiderata latitudine et ꝓfunditate circumscripta cuius extrema sunt duo puncta. Causatur autem linea ex fluxu mathematico pūcti ī longum. Punctus eñi fluens in longum est principium materiale linee sed continu⁹ fluxus puncti est principium formale. Est eñi punctus principium gn̄ale et primum in genere quantitatis cōtinue. In omni eñi gn̄e rerum datur vnum primum quod ē metrum et mensura omnium in illo genere. Est autem punctus in linea nō sicut pars cōponens lineam: linea eñi est diuisibilis et pūctus indiuisibilis. Modo indiuisibile etiam infinicies sumptum nō causat diuisibile primo posteriorum: sed puncta sunt in linea sicut termini et fines linee quia claudunt lineam. Ut ostēditur sexto phicoꝝ ex quo nulla ē linea infinita ꝺm actum ⁊ rem. Sequitur corollarie ꝙ in isto predicamento ponuntur omnia dicibilia que importaut quātitatem cōtinuam sub ratione longitudinis permanētis que ponuntur sub linea vt miliare vlna ⁊ similia. Scđa species quantitatis continue est superficies. Unū suꝑficies est quātitas cōtinua sub ratione longitudinis et latitudinis considerata ꝓfunditate circumscripta. Causatur autem superficies

ex fluxu linee in latitudinem et copulantur partes ipsius superficiei ad lineam. In superficie enim assignantur linee due terminantes superficiem quia nulla superficies est infinita: etiam in superficie assignatur linea continuans vnam partem superficiei cum alia Dicitur autem superficies quasi quantitas extensa super faciem et extremitatem rei. Duplex autem est superficies quedam est superficies conuexa et est superficies exterior rei. Alia autem est superficies concaua et est superficies interior. Sequitur corollarie quod omnia dicibilia que significant quantitatem continuam sub duplici mensura longitudine et latitudine ponuntur in quantitate continua sub superficie vt laneus ager pratum: similiter ager in quo fit seminatio. In his enim attenditur longitudo et latitudo. Tercia species quantitatis continue est corpus. Unde corpus capitur dupliciter. Uno modo pro substantia composita ex materia et forma corporeitatis et sic corpus est de genere substantie. Secundo capitur corpus pro trina dimensione longitudine latitudine et profunditate et sic capitur in proposito: tribus enim mensuramus res scilicet quo ad longitudinem latitudinem et profunditatem. Causatur autem corpus ex fluxu superficiei in profundum. Copulantur autem partes corporis ad superficiem. Sequitur corollarie primo quod omnia dicibilia que significant rem sub trina dimensione longitudine latitudine et profunditate ponuntur sub quantitate continua quod est corpus vt cantharus pinta quarta modius olla vini et alie mensure secundum trinam dimensionem facte. Sequitur corollarie secundo quod corpus de genere substantie est subiectum corporis de genere quantitatis: trina enim dimensio quam signat corpus de genere quantitatis subiectiue est in corpore de genere substantie. Quarta species quantitatis est locus. Unde locus secundum arestotilem quarto phisicorum est vltima superficies rei continentis locatum vt superficies aeris adiacens homini dicitur esse locus hominis Consideratur autem locus tribus modis. Primo vt dicit respectum ad locatum et sic corpus potest esse in genere relationis saltem secundum dici quia dicitur locus locati locus Secundo consideratur locus vt in se habet et recipit virtutem primi locantis vel primi celi qua virtute influxa a primo locante in locum locus conseruat locatum. Unde et dicitur quarto phisicorum: Et locus est saluatiuus locati et sic locus est in predicamento qualitatis Quantitas enim secundum se non est de genere actiuorum. Tercio modo consideratur locus vt est vltima superficies corporis alicuius locantis aliquod locatum et isto modo consideratur hic locus Partes enim loci copulantur secundum arestotilem in textu ad eundem terminum ad quem corpus vt ad superficiem Quinta species quantitatis continue est tempus Tempus autem secundum aristo. quarto phi. diffinitur sic. Tempus est numerus motus primi celi secundum prius et posterius id est in quantum in illo motu assignatur prius et posterius. Sequitur corollarie quod sub tempore ponuntur omnia dicibilia que significant quantitatem sub ratione

longitudinis successiue vt annus dies mēsis hora ꝛ similia. Partes aūt temporis scȝ preteritū ꝛ futurꝝ copulātur ad nunc quod est finis preteriti ꝛ inicium futuri dicitur enī quarto phisicorꝝ ꝙ nihil habemus de tempore nisi nunc.

Notandū est tercio: ꝙ q̄titas discreta scđm aresto. per abnegatōem quoddāmō q̄titatis cōtinue in textu sic diffinitur Quātitas discreta est cuius partes nō copulātur ad terminū aliquem cōmunez sed vnaqueqȝ ē diuisa ꝛ discreta ab alia vt numerus similiter oratō: partes enī numeri sunt discrete ꝛ diuise ab inuicem. Est aūt principiū q̄titatis discrete et maxime numeri vnitas queadmodum pūctus principium q̄titatis ꝯtinue: ipsa enī vnitas replicata causat ꝛ mēsurat omnem numerū: vnitas enī triplicata causat ternariuȝ quemadmodū et vlna replicata mensurat totum stamen panni. Est enī numerus multitudo ex vnitatibus ꝯfusa. Ponit autē arestotiles in textu duas species q̄titatis discrete: quarꝝ prima ē numerus: pro qua intelligenda Sciendū qđ numerus ē triplex: scȝ numerus nūerans: numerus nūeratus: ꝛ numerus quo numeramꝰ. Nūerus numerās ē aīa nr̄a numerās res: solus enī hō hn̄s intellectū numerat. Numerus nūeratus sunt res numerate: vt decē homīes decem lapides. Numerus vo quo numeramus est rō vel forma numeri ꝛ ille numerus exprimit̄ per noīa numeralia Nunq̄ enī anima nūeraret aliq̄ numero nisi in rebus numerādis esset causa ꝛ fundamentū illius numeri ꝛ nūeratōis. Numerus aūt nūeratus ꝓprie nō ē numerus sed res numerate ꝛ ꝑtinet ad phisicū qui ꝯsiderat res reales. Sed numerus quo numeramus ē de cōsideratōe mathematici ꝛ logici diuerso tn̄ mō Mathematicꝰ enī ꝯsiderat de numero absolute sub rōe q̄titatis: logicus aūt considerat de nūero sub rōne subiicibilis ꝛ ꝑdicabilis. Duplicē adhuc philosophi assignāt numerꝝ: materialē ꝛ formalē Materialē numerū dicūt qui sequitur diuisionē ꝯtinui: cōtinuū enī quodlibet ꝑm se ē vnum in actu ꝛ multa in potētia ꝛ illa potētia ducitur in actum ꝑ diuisionē: ꝛ dr̄ numerus materialis q2 reperitur in rebꝰ materialibꝰ. Alter ē nūerus formalis qui sequit̄ formas ꝛ essencias rerꝝ: vn̄ dicimus quatuor nature rerū: tres: quinqȝ angeli. Primus numerꝰ ē in gn̄e q̄titatis ꝛ ē potentia infinitus et eius ꝑncipiū ē vnitas in gn̄e q̄titatis saltē reductiue: principiuȝ aūt numeri formalis ē ens: vnitas extra genꝰ q̄ ꝯuertit̄ cuȝ ente: tā enī in spēbus ꝛ gn̄ibus ꝑdicamēti subē inuenitur vnitas formalꝭ ꝙ etiā in gn̄e accidētiū. Probat aūt aresto. in textu ꝙ numerus sit quātitas discreta ꝛ arguit sic. Quātitas discreta ē cuius ꝑtes nō copulātur ad terminū cōmunē sȝ vnaqȝ ē distincta ꝛ diuisa

ab inuicem ſed nūerus h3 ſe ſic igit̄ Maioꝛ p3 ex defīnitōe q̄ntitatis diſcrete: minoꝛ p3 inductiue vt quiq3 ꝛ quiq3 ſunt decem et q̄libet ps ē diuiſa ꝛ diſcreta ab alia Sılr tria ꝛ ſeptē ſunt ptes huius nūeri decē ꝛ q̄libet eſt diſcreta ab alia: nūeri em̄ dr̄nt inter ſe ſpē: vt oñditur in ariſmetrica Boetij. Scḋa ſpecies q̄titatis diſcrete ē ōro Un̄ notandū q oratio ꝯſideratur dupliciter. Prio vt ē obiectū mouēs auditū ꝛ inſtrum vocalit̄ ꝓfertur ꝛ tūc dicit̄ ōro quaſi oꝛis rō vel foꝛmatio: ꝛ ſic oratio reducitur ad gen⁹ qualitatis: ſicut ꝛ alie ſenſibiles q̄litates mouētes auditū ꝛ ſic nō capit̄ hic. Scḋo capitur ōro ꝓ diſcreta ꝛ ſucceſſiua ꝓlatōe litteraꝝ ꝛ ſillabaꝝ: vel etiā dictionū diſcrete ꝛ diſtincte ꝓlataꝝ ꝛ hoc p3 ex definitione orōis cū dicitur Oratio ē pluriū vel multaꝝ dictionum agregatio. Sequitur corollarie q in exp̄ſſione orōnis neceſſe ē fieri diſcretionē ꝛ interruptiōem ꝓlationis in dictionib⁹ ꝛ partibus orōis. Rō quia in ꝓlatiōe oratiōis ꝛ partium ei⁹ ſc3 ſillabaꝝ ꝛ dictionū fiunt ſepe motus oppoſiti: eo q in ꝓlatione orationis requirit̄ aptura ꝛ clauſura oris ſed nō poſſunt diuerſe dictōes ſepius eodē accentu ꝛ motu oris ꝓferri: ſicut nec littere nec ſillabe Alique em̄ littere ꝛ ſillabe ꝛ dictiōes ꝓferūtur clauſura oris: alie vero apertura oris mō inter motus oppoſitos neceſſe ē fieri diſcōtinuationē. Ubi aūt ē diſcōtinuatio ibi ē diſcretio erit ergo diſcreta ꝛ diuiſa ꝓlatio oratōis: vel ſcḋm alios etiā dictōis vera ſpecies q̄titatis Probatur aūt q oratio ē ſpēs quātitatis ꝛ arguit ſic Illud eſt quantitas quo aliquid menſurat̄: ſed per oratōem aliquid menſuratur igitur orō ē quātitas Maioꝛ ē areſtotilis quito metha. quia rō mēſure prio attribuitur q̄titati Minoꝛ quia per orōem hoc eſt diſcretā ꝓlatiōem mēſurat̄ ſillaba lōga vel breuis: qꝛ lōga ſillaba h3 duo tempoꝛa .i. ꝓlatōz longam: ꝛ breuis ſillaba h3 vnū tempus ideſt breuem ꝓlatōez. S3 q oratio ſit quātitas diſcreta ꝓbat areſto. Illud ē q̄titas diſcreta cui⁹ partes non copulātur ad terminū cōem ſed partes ipſius orōnis non copulātur ad terminū cōmunem igitur oratio ē q̄titas diſcreta: maioꝛ ē diffinitio quātitatis diſcrete: minoꝛ qꝛ non poteſt aſſignari aliquis termin⁹ cōmunis ad quem copulentur ſillabe alicuius orōnis nec datur terminus cōis ad quē copulētur partes ipſius orōis ſed vnaqueq3 ſillaba ꝛ dictio ſcḋm ſuū ſonum manet diſtincta ꝛ diuiſa ab alia. Alij tamen dicūt q oratio nō ſit ſpecies quātitatis diſcrete ꝛ volūt deducere ex areſto. quito metha. qui loquēs de q̄titate diſcreta ꝛ ſpeciebus ei⁹ non ponit orōez Unde cōmenta. dixit quito metha. q areſtotiles multa dixit in predicamētis ſcḋm q tunc cōmuniter locuti ſunt alij tūc tp̄is ꝛ maxime de illis quoꝝ ſpeculatio pertinebat ad alias partes philoſophie ſc3 ad naturalē phiam vel ad methaphiſicā

et quia tempore arestotelis fuit commune q oratio esset species quantitatis ideo etiam secutus est positionē aliorū. Intelligēdo tamen per orationem discretam plationem sillabarum z dcōnū pōt concedi q oratio vocaliter plata est spēs quātitatis discrete Sequitur corollarie q numerus et oratio differunt quia numer⁹ dr multitudinem partium discretarum pmanentium simul: sed oratio multitudinem partium discretarum succedentiū vt patet ex dictis.

Notandū quarto et vltimo: q diuisio

scda quantitatis fm arestotilem in textu ē hec. Quantitas est duplex quedā est quantitas constans ex partibus hn̄tibus positiōez in toto vel in continuo: et quedam est quantitas ɔstans ex partib⁹ nō habentibus positionem Quantitas ɔstans ex partibus habē tibus positionem in ɔtinuo vel toto est quantitas habēs ordinez partium copulatarum ad terminum cōmunem simultatem et pmanentiam earundem z sunt quatuor vt linea superficies corp⁹ et locus Unde tres conditiones requiruntur ad quātitatem que constat ex partibus habentibus positionem. Prima q partes tales habeant ordinem et q sit assignare vbi in continuo eius ptes posite sint scz ante vel retro sursum vel deorsum et per hoc excluditur magnitudo inf.nita: si esset non haberet positionem in partibus quia non haberet ordinem in partibus. In infinito em̄ nō est dare ordinem nec primum nec vltimum vt probat aristoteles sexto phisicorum. Si em̄ in infinito daretur primum daretur et vltimum et vbi ē primum et vltimum ibi est medium sed vbi est dare primum medium et vltimum ibi esset finitum et sic ifinitū esset finitum quod implicat. Scda conditio q partes tales copulentur ad aliquod cōmune quod est terminus vnius et finis alterius et ergo quātitas discreta nō constat ex partib⁹ habētibus positionem quia in quātitate discreta nō datur aliquod cōmune ad quod partes eius copulantur sed qlibet pars est diuisa ab alia Tercia conditio q ille partes habeant simultatem et pmanētiā simul et per hoc excluditur tempus cuius partes non sunt simul sed vna succedit continue alteri. Quantitas aūt constans ex partibus non habentibus positionem est quantitas non habens ordinem partium copulatarum ad aliquod commune quod ē finis vnius et principium alterius nec habens simultatem et permanentiam partium et sunt tres scilicet tempus numerus et oratō Sequitur corollarie q ista diuisio scda quantitatis differt a pma quia prima datur d quantitate sub ratione generis sed ista datur de quantitate inquantum quātitas est quoddam integrale constitutum ex suis partibus. Ultima et tercia diuisio quātitat fm

arestotilem est ista in textu: de numero quantitatum quedam est quantitas per se τ quedam est quantitas per accidens. In ista diuisione per se valet tantum sicut ꝓprie: et per accidens sicut improprie: quātitas eñ per se est proprie: quantitas per accidens ēt improprie. Unde quantitas per se est in cuius ratione cadit hr̄e partem extra partem et mensurare substantiam vt omnes quantitates continue et discrete. Sed quantitas ꝑ accidens ē q̄titas in cuius ratione non cadit habere partem extra partem τ que hꝫ respectum ad veras quantitates vt est album paucum multum Album eñ dicitur magnum longum quia superficies in qua est album vel albedo est longa vel extensa. Unde dr̄ arestotiles ī textu tantum album dices quanta est superficies albi. Similiter actio dicitur longa ratione tp̄is in quo fit talis actio et actio dicit̄ breuis quia tempus in quo fit talis actio est breue. Istis notabilibus sic positis est.

Conclusio responsalis ista: tres diuisi

ones quantitatis posite ab arestotile in textu sunt sufficient̄ assignate patet veritas cōclusionis ex his que dicta sūt ī notabilibus.

Arguit̄ primo littera Arestotilis est

incongrua ergo male posita. Probatur antecedens quia antecedens et relatiuū disconueniunt in genere igitur probatur q2 añs scꝫ quantitatis est generis feminini et relatiuum aliud est gn̄is neutrius et per consequens textus arestotelis est incongruus et sic nec verus nec falsus. Uerum eñ et falsum presupponunt congruum vt dr̄ primo periarmeniarum. Dico verum argumentum concluderet si quantitatis esset antecedens huius relatiui aliud sed antecedens huius relatiui aliud est genus subintellectum vt valeret tantum quantitatis id est de numero quātitatum aliud scꝫ genus subalternum quātitatis est continuum: et aliud ē discretum. Continuum eñ τ discretum sunt genera subalterna quātitatis ~~discrete~~ contenta sub hoc genere gn̄alissimo quātitas.

Arguitur scđo: adhuc textus Aresto

telis est male positus igitur ꝓbatur. Omne diuisum debet poni in plurali numero sed hic quantitatis diuisum ponit̄ ī singulari numero igitur. Maior est boherij in libro diuisionum: patet quia diuisum includit multa et illa multitudo conuenienter exp̄nit̄ per genitiuum pluralem. Minor patet ex textu dicit eñ arestotelis quantitatis aliud continuum aliud discretum. Dico q̄ omne diuisum debet poni in numero plurali expresse vl' implicite τ sic hoc diuisum quantitatis virtualiter ponitur in numero plurali τ

Questiones in Cathe-

valz tñ ꝙtitatis. i. de nũero gñez subalternoꝝ aliud gen⁹ ꝙtitatis ē cõtinuũ ⁊ aliud discretũ ⁊ sic argumentum non concludit.

Arguit tercio: ꝙtitas nõ ē genus generalissimũ igit̃ ꝓbatur nullũ gen⁹ gñalissimũ debet p̃dicari de suis spẽbus denoĩatiue sed ꝙtitas p̃dicat̃ denoĩatiue accidẽtaliter de suis spẽbus igit̃. Maior qꝛ omñe gen⁹ et supius p̃dicat̃ de suis inferiorib⁹ q̃dditatiue ex quo omñe superi⁹ ē de q̃dditate suoꝝ inferioꝝ. Minor pꝫ de ista p̃dicatiõe linea ē quãta: sicut ⁊ ista est denoĩatiua accidẽtaliter linea ē alba linea ē nigra. Dico veꝝ argumentũ ꝯcludit ꝙ lꝫ ꝙtuꝫ in ꝯcreto p̃dicatur accidẽtalit̃ tñ nõ in abstracto qꝛ hec ē q̃dditatiua p̃dicatio linea ē ꝙtitas corpus ē quantitas.

Arguit quarto: nũerus nõ ē spẽs ꝙtitatis ꝓbatur oẽ gen⁹ ē de essentia sue spẽi sed repitur alicubi numerus vbi nõ repitur ꝙtitas igit̃ Maior ē nota qꝛ gen⁹ ē de ceñtia spẽꝝ suaꝝ vt dictũ est in porphi. minor qꝛ in substãtijs separatis ē nũerus: dicim⁹ eñ tres angeli decẽ angeli: ⁊ tñ angeli nõ sunt quãti: sunt eñ subẽ libere ab oĩ materia ⁊ ꝙtitate ⁊ sunt forme simplices. Dico veꝝ argumentũ ꝯcludit ꝙ in substãtijs diuinis ⁊ separatis reperit̃ nũerus formalis sꝫ nõ materialis qui sequitur diuisionem continui de isto hic loquitur arestotiles.

Arguit quito: nũerus nõ est ꝙtitas igitur Illud q̃d ꝯstituit̃ ex nõ quãtis nõ ē ꝙtitas: sꝫ numer⁹ constituit̃ ex nõ quãtis igit̃: maior qꝛ oẽ q̃d fit a sibi simili fit septio metha. ⁊ etiã nõ quãtum infinicies sumptũ nõ facit ꝙtum: minor qꝛ nũerus q̃ est quantus ⁊ diuisibilis orit̃ ex vnitate Unitas eñ replicata ē pncipiũ cuiuslibet nũeri vt vnitas triplicata cõstituit ternariũ. Dico veꝝ argumẽtum ꝯcludit ꝙ quãtum nõ ꝯponitur ex nõ quãto nisi illud nõ ꝙtum haberet ordinẽ ⁊ reductõꝫ ad illud ꝙtum ⁊ sic ē i ꝓposito qꝛ vnitas hꝫ ordinẽ ⁊ reductõneꝫ ad nũerum ꝙtum qꝛ est ei⁹ principiũ quasi materiale sicut in simili ex aĩa ⁊ corpore q̃ aĩa ē im̃aterialis ⁊ ñ ꝙta ꝯstituit̃ hõ ꝙtus

Arguit sexto: oratõ vocalis nõ ē spẽs ꝙtitatis nec ē in p̃dicamẽto igit̃ ꝓbatur Oĩs spẽs est vl'e: sꝫ oro nõ ē vl'e igitur Maior ē nota: minor qꝛ oratio ē quoddã ꝯplexũ nõ species ⁊ vl'e d᷑ naturam simplicem vt ꝓbatum ē in porphirio Et aũt orõ sit quoddã ꝯplexuꝫ ē aresto. in anp̃redicamentis in pria diuisione anp̃dicamentali vbi dixit ꝙ oro d᷑ cũ ꝯplexiõe

Dico verũ argumentũ ↄcludit vt dicũt aliqui q̃ oȓo vocalis ĩm
se nõ ẽ in p̃dicamento q̃titatis sed inq̃tum designat formaliter
discretã ⁊ successiuã p̄nunciatõez ⁊ plationem sillabaꝝ vel etiã
dictionũ tũc ẽ spẽs vera q̃titatis vt dictũ est in notabili tercio.

Arguit̃ septimo: tempus nõ est spẽs

q̃titatis ↄtinue igitur p̄batur Illud qd̃ nõ ẽ nõ ẽ species q̃tita
tis cõtinue sed tempus non est igitur. Maior q2 nõ ens non est
species Minor p̄batur illud nõ ẽ cuius p̄tes nõ sunt sed partes
temporis nõ sunt igit̃ Maior q2 totũ recipit esse a p̄tibus nĩ si
p̄tes non sunt tũc totũ non ẽ Minor p3 q2 p̄teritum p̄ñs ⁊ futu
rum sunt p̄tes tẽporis ⁊ ille non sunt: p̄teritum eñ non ẽ s3 abijt
si̾r futuꝝ non ẽ sed veniet solũ eñ p̄ñs ẽ: dr̃ eñ q̃rto phisicoꝝ: ni
hil habemus de tempore nisi nũc. Dico l3 partes temporis non
sunt si̾l sufficit tñ q̃ sunt in successione ⁊ sic fieri temporis est esse
tẽporis Ad res p̄manẽtes pertinet q̃ habeant oẽs partes: ad res
aũt successiuas non oportet hoc esse: sed sufficit q̃ habent partes
suas in quadam successione.

Arguitur vltimo: locus ⁊ superficies

non sunt q̃titates distincte igitur non sunt spẽs quinq̃ q̃titatũ
cõtinue distincte: p̄batur p̄io autoritate arestotil̾ quĩto metha.
vbi non ponit locum speciez q̃titatis ↄtinue: simili̾t quarto phi
sicoꝝ dicitur q̃ locus ẽ superficies corp̄is cõtinẽtis locatũ. Dico
veꝝ argumentũ cõcludit q̃ locus entitatiue non distinguitur a
superficie ⁊ ita locum considerat methaphisicus sed logicus con
siderat locum in rõne mensure ⁊ ad dici ⁊ p̄dicari vel etiã subijci
⁊ sic locus distinguitur a superficie q2 locus mensurat locatum
extrinsece sed superficies intrinsece loc9 ergo ⁊ superficies ma
terialiter cõueniũt licet in rõne mensure differũt.

Utrũ tñ tres sint proprietates quã

titatis. Pro intelligentia questionis nota.

Notandũ est primo: q̃ aresto. volẽs

latius notificare p̄dicamentum q̃titatis ponit tres p̄prietates
predicamenti q̃titatis. Prima q̃ q̃titati nihil est cõtrarium per
se ⁊ ratione sui Dixt eñ Boetius q̃ cõtrarietas vbiq̃ ẽ quesita et
in sola qualitate reperta. Dico notanter q̃ quantitati nihil ẽ cõ
trarium per se vt bicubito tricubito nihil ẽ contrariũ q2 per acci
dens ratione qualitatis existentis ipsi quãtitati inest contrarie
tas. Et vna quãtitas cõtrariatur alteri vt linea recta contrariat̃

Notandum est primo: q̄ postq̄ Arestotiles determinauit satis resolute de primis quatuor predicamentis scz substātia: qualitate: quātitate et relatōe Jam breuiter determinat de vltimis sex scz: de actione: passione: situ: habitu: vbi et quando Gilbertus tamē porritanus volens determinatiōez de his sex p̄dicamentis vltimis pfecte ostēdere. Tractatulū de his predicamentis collegit quē noīe sex principiorum nominat Uocat aūt Gilbertus hec p̄dicamēta sex principia p tanto q2 sicut principium apud arestotilē vt in plurimū noīat causam extrinsecam vt efficientem sic hec predicamēta sex importāt respectū extrinsecum ad subiectum: vel ad aliquod aliud extrīsecum. Actio em̄ dicit respectum ad passum. Passio aūt dicit respectum ad agens: et sic in aliis vbi etiam sequitur locum: quando tempus habitus adiacentiā vestimenti ad corpus que omnia sunt extra rem et nō de essentia rerum respectu quorum sunt. Considerātur autem hec sex predicamenta dupliciter Uno modo s'm se et naturā quaz nominant et sic eorum determinatio plus pertinet ad phisicū vel methaphisicum q̄ ad logicum. Scdo cōsiderantur sub rōne dicibilitatis subiiciqilitatis et predicabilitatis et sic in proposito de ipsis determinatur. De actione em̄ et passione in libro de generatione et corruptione determinatur. De situ et habitu in quinto methaphisice: de loco et tempore ex quibus fluunt vbi et quando determinatur in quarto phisicorum. Unde et arestotiles excusando se dicit in textu dictum aūt est de situ in his que ad aliquid sunt quoniam denominatiue a positionibus dicitur. Subiungit de reliquis autez vt vbi quando et habere nihil hic dicetur sed h̄ sufficit q̄ in principio predicamentorum dictum est exemplariter quid vnumquodq3 illorum significat cum dixit. Singulum eorū aut significat substantiam: aut quantitatem: aut qualitatem: etc. Circa itaq3 predicamentum actionis quinq3 generalia sunt inquirenda. Primuz quod est generalissimum predicamenti actionis. Scdm q̄d est questitiuum eorum que in isto predicamento ponuntur. Terciū quis sit modus p̄candi hui9 p̄dicamēti. Quartum quis sit mod9 p̄dicādi. Quintū q̄ sit mēsura ponibiliū ī isto p̄dicamēto. Ad p̄mū dicendū q̄d gn̄alissimū hui9 predicamēti ē

actio inq̄ptum ꝑcat modū fluentem ab agente in passum vt dicetur circa diffinitiōez actionis. Ad scd̄m dicitur ꝙ questitiuo hui⁹ ꝑdicamenti non ē vnū simplex nomen impositū: ſꝫ circūloquit̄ per hoc ꝯplexum quid agit: vt querēdo quid agit Johes rn̄detur cōmedit. Ad terciū dicendū ꝙ modus ꝑcandi huius ꝑdicamēti ē significatōe formali ꝛ essentiali importare actionē formalit̄ Ad quartum dicendū ꝙ aliqn̄ modus ꝑdicandi huius ꝑdicamēti ē ꝑdicari de p̄ma substātia ſm ſe vel eius ꝯcretuꝫ ad questitiuū huius ꝑdicamenti: vt querēdo quid agit socrates: nō rn̄detur ſm se actio in abstracto sed scd̄m ei⁹ concretū: vt legit scribit: sil̄r hec ē falsa legens ē actio: ſꝫ hec ē vera legens ē agens. Ad quintuꝫ dicendū ꝙ mensura ponlbiliū in ꝑdicamento actōis: oīa dicibilia q̄ importāt significatōe formali ꝛ essentiali actionē naturalem ponūtur in isto ꝑdicamēto: vt lego scribo cōmedo ꝛ sic silia Silr̄ eoruꝫ condeclīnia ꝛ participia: vt scribere legere amās scribens cōmedens ꝛ similia. Sequitur corollarie ꝙ licet verba nō ꝑdicantur de prima suba ſm se tamē ſm eoꝝ participia: licꝫ em̄ hec sint inepte ꝑdicatiōes Johānes ē lego: iohes ē scribo: tn̄ iste st̄ apte Jones ē legens: iohes ē scribens: sic etiā verba ꝑdicant̄ per circūlocutionē: vt iohānes qui ambulat est qui cōmedit ponendo ꝙ iohānes ambulando cōmederet.

Notandū scd̄o: ꝙ actio scd̄m Gilbertum porritanū autorē sex principioꝝ diffinitur sic. Actio est ſm quā in id qd̄ subijcitur agere dicimur: vt sectio ē actio: qa scd̄m sectionem dicimur agere in id qd̄ subijcitur nobis in tali actōne Pro definitione actionis intelligenda Sciendū ꝙ diffinitū presentis diffinitōis ē actio humana: diffinit em̄ Gilbertus actiōez quo ad nos hoīes qꝛ ſpēs actōnis ꝑfectiori modo reperiūtur in hominibus ꝙ in alijs rebus. Alique em̄ sunt actōnes ſpūales q̄ reperiūtur in substātijs separatis tm̄: habēt em̄ sube diuine operatōes suas Omne em̄ ens habet operationē sibi propriaꝫ sed iste operatōes sunt ſpūales sicut ꝛ sube diuine ſpūs sunt Intelligentie em̄ superiores decent̄ illumināt inferiores: vt inqt Dionisius Alie sunt operatiōes corporales que reperiūtur in rebus corporalibus: vt in brutis ꝛ ceteris rebus a natura ꝯstātibus vt bruta cōmedūt gn̄ant sed homo qui ē ſpūs et corpus hꝫ vtrasqꝫ actōes ſpūales ꝛ corporales. Melius tn̄ ꝓ diffinito assignaret̄ actō naturalis ꝛ actio dependēs ꝛ per hoc excludit̄ actio diuina vt creatio cui nihil subijcitur. Creatio em̄ fit ex nihilo ꝛ etiā actio diuia vt creatio a nullo alio depēdet nisi a solo deo sicut ꝛ deus a nullo alio depēdet. Si aūt ista definitio debet ꝯuenire cuilibet actioni naturali oꝫ prima ꝑsona dicimur mutari in terciaꝫ: vt sic dicat̄

gorias Arestotilis

Actio est sm quam aliquid dr agere et sic asinus sm actionē suaȝ etiam dr agere. Pro genere autem in definitione actionis licet nihil ponitur expresse tamen implicite ponit forma accidentalis vt sic dicatur actio est scȝ forma accidentalis. Scdm autem Gilbertum duplex est actio quedam anime et quedam corporis Actio anime est que pcedit a forma q̄ non ē totaliter immersa materie sed est forma supergrediēs naturam corporis siue talis forma sit actus corporis siue nō. Sequitur corollarie primo q actiones intelligentiarum dicitur actiones anime in proposito patet quia intelligentia est forma nō immersa corpori vt illuminatio informatio sunt actiones intelligentiarum superiorum respectu īferiorū Silr volicio iuditium de intelligibili sunt operationes anime intellectiue Sed operatio corporis est que materialiter recipitur in passum et fit ab agente corporeo vt secare percutere. Posuit autē gilbertus differētiam inter actionem corporis et anime istam: qr actio corporis necessario mouet illud in quo est. Ratio qr tlis actio est corporis: corpus autem mouetur. Dicitur eñ sexto phicorum omne corpus mobile et omne mobile corpus. Sed actio anime non mouet id in quo est. Actio eñ anime est in anima. Anima āt est immobilis per se Ponit autem gilbertus pprietates actionis quatuor Prima q actio ē in motu Ratio quia forma fluens a mouente est actio et illa fluit ab agente per motum et per consequēs omnis actio est in motu. Scda pprium est actionis inferre passionem in id quod subiicitur: id est in passum Rō quia forma fluēs ab agente causatiue est actio: recepta autem hec forma in passum vocatur passio. Dicitur eñ tercio phicoꝝ vt est huius ab hoc vocat actio vt autem est huius in hoc vocatur passio: capitur autē in ista pprietate abstractum scȝ actionis p concreto id est agētis. Actio eñ nō agit sed agens. Tercia pprietas actionis est q actio ɔtrariatur actioni vt calefacere et frigefacere: similiter vrere et vri et similia. Quarta pprietas pprium est actionis suscipere magis ⁊ minus: vt calefacere similiter frigefacere suscipit magis ⁊ min⁹. Alii tamen adhuc aliam addunt diuisionem actionis q quedaȝ est actio immanēs que manet in re in qua est vt ymaginatio volicio: quedam est transiens que trāsit in materiam exteriorem vt sectio lignorum vel percussio: tamen alii dicunt q illa diuisio cōprehēditur sub prima quia actio immanēs est actio anime ȝ trāsiens est actio corporalis et reꝝ corporalium

Notandum tercio: q sextum predicamentum est passio.

Circa quod predicamentum passionis etiam quinq sunt inquirenda: primum qd est generalissimuȝ huius pdicamenti: scdm quis modus significandi huius predicamenti.

Q

tercium quis est modus predicandi huius predicamenti: quartum quod sit quesitiuum hui⁹ pdicamenti: quintum que sit mēsura ponibilium in isto predicamento. Quantum ad primū: gn̄alissimū huius predicamenti est passio vt dr formam receptam in passum fluentem et causatam ab agente. Mod⁹ autem significādi hui⁹ predicamenti ē significatōe formali importare passionē. Modus autem predicandi est predicari de prima suba. Ad quesitiuū hui⁹ predicamēti vt q̄rendo qd patitur ioānes: rn̄det suspenditur interficitur cōburitur. Quesitiuo aūt huius pdicamenti non est nomē simplex impositum sed circumloquitur per hoc complexū qd patitur. Mensura autem ponibilium in isto predicamēto est. ꝙ oīa dicibilia que significatione formali importāt passionez ab agēte illatam ponūtur in isto pdicamēto vt vri crucifigi suspendi calefieri tristari et similia. Sequitur coroll arie ꝙ licet dicibilia passionem significantia nō predicantur de prima suba ad q̄sitiuū hui⁹ predicamenti per se: tamen cum addito vt ioānes qui suspendit est ille qui patitur. Ego qui pburor sum qui patior.

Notandū quarto et vltimo: ꝙ passio

ſm gilbertum definitur sic passio est effectus illatioq̧ actionis. In definitione passionis cōmuniter passio est definitū. Capiēdo passionem p forma fluente ab agente et recepta in passum vt percussio illata rei percusse dr passio in pposito. Pro genere autem in pposito ponitur effectus vel illatio. Idem enī est in re effectus et illatio. Unde passio dr effectus quia fit seu infertur et causatur ab agente et recipitur in passum. Ista aūt piūctio q̧ in definitōe passionis posita nō capitur copulatiue sed expositiue vt valet tantū sicut id est sic ꝙ illa particula illatio exponit hoc quod est effect⁹. In definitione etiam passionis hoc abstractum actionis capitur concretiue vt valet tantum actionis id est agētis quia passio causatur et fit ab agente in passo. Ponitur ergo in summa definitio passionis sic: passio naturalis est effectus q̧ id est illatio actionis id est agentis. Dicitur autem passio ſm intētionem gilberti trib⁹ modis. Primo capitur passio p introductione forme cū abiectiōe forme pueniētis et sic aqua dr pati cum calefit. Caliditas enī est contra naturam aque. Scdo capitur passio minus pprie et sic capitur passio p introductione vnius forme et abiectione alterius siue talis forma introducta sit cōueniens siue disconueniēs et h̄ modo patitur tam ille qui egrotat ꝙ ille qui sanatur. Tercio capit̄ passio cōmuniter put nominat receptionem alicui⁹ forme in aliquo sine abiectione alterius forme et hoc modo tercio pati nō est aliud nisi recipere. Patin enī grece est recipere et sic cōmētator dr tercio de anima ꝙ omne recipere est pati et sic. Alii dicūt ꝙ passio

est duplex quedam saluatiua et quedam corruptiua Passio salua
tiua cum subiectum suscipit aliquid quod est de perfectione sus
cipientis vt anima suscipiens scientiam rerum vel alias qlitates
perfectiuas. Passio autem corruptiua ē quando subiectū suscipit
aliquid quod est de corruptione rei vt suspendi ꝯburi. Unde ꝛ cō
mentator dixit quinto phicoꝝ: ꝙ passio ē transmutatio nocēs ꝓ
prietates autem ipius passionis sunt tres. Prima habere contra
rium. Calefieri eñi quod dr passionem ꝯtrariatur frigefieri Scda
ꝓprietas ꝙ passio suscipit magis ꝛ minus calefieri eñi quādoqꝫ
ē magis quandoqꝫ autem minus. Tercia ꝓprietas ꝙ proprium
ē passionis inferri ex agente et hoc tangit gilbertus in definitōe
passionis cum eñi dixit effectus dr ꝙ passio effectiue ē ab agente:
cum vero dr illatio tangit ꝙ forma recepta in subiectum quod su
biicitur vocat passio. Istis notabilibus sic positis ē.

Conclusio responsalis ista. Actio et

passio sunt pdicamenta realiter distincta patet veritas cōclusiōis
in predicamētis similiter in quinto methaphisice vbi arestotiles
ponens numerum pdicamentoꝝ ponit actionem et passionē esse
distincta predicamenta et patet etiam qꝛ habent spēs distinctas
et modos significandi et pdicandi formalit distinctos vt dictuꝫ
ē in notabilibus et ista sufficiunt et requirūtur ad distinctionem
formalem pdicamētorum

Arguitur primo: actio et passio non

sunt predicamenta distincta igitur ꝓbatur quia illa que sunt idē
in motu non sunt distincta sed actio et passio sunt idem motꝰ igr.
Maior quia ydemptitas tollit distinctionem Minor est aresto.
tercio phisicoꝝ. Dico verum argumentum concludit sunt vnus
motus materialiter sed nō formaliter modo predicamēta distin
guuntur formaliter: dr eñi arestotiles tercio phisicorum ꝙ forma
fluens in motu vt est huius ab hoc dr actio: et vt est huius i hoc dr
passio. Unde et arestoteles dr ꝙ eadē ē via ab athenis ad thebas
et a thebis ad athenas materialiter sed nō formaliter. Similiter
est idem spaciuꝫ per qd ascendimus et descendimus materialit
sed nō formaliter. Un̄ et ascendere nō ē descendere et econuerso:

Arguitur scdo: actio nō est genus ge

neralissimum igitur ꝓbatur. Nullum genus generalissimum hꝫ
genus supra se sed actio habet genus supra se igitur Maior quia
genus generalissimum ē primū: modo primo non datur prius.
Minor. Actio hꝫ supra se mutatōem qꝛ ois actio ē mutatō sꝫ nō

omnis mutatio est actio. Probatur quia passio etiam ē mutatio et passio nō est actio. Dico verum argumentum concludit ꝙ mutatio est superius ad actionem et passionem sed non ē vniuocum sed equiuocum quia omne nomen verbale terminatum in tio ē quoddam equiuocum vt dr̄ sexto topicorum.

Arguitur tercio. Actio non ē genus generalissimum igitur ꝓbatur. Nullū genus generalissimum hꝫ gn̄s supra se sed actio habet genus supra se igit̄. Maior est Porphirij genus em̄ generalissimum est supra quod non est aliud superueniēs. Minor patet qꝛ effectus est cōmunius et superius ꝙ actio minor ꝓbatur quia omnis actio est effectus sed nō omnis effectus est actio: passio em̄ est effectus vt dictum est in definitiōe passionis: et passio nō ē actio. Dico verum argumentum cōcludit ꝙ effectus est cōmunius et superi⁹ ꝙ actio sed nō quidditatiue ꝛ essentialiter sed accidentaliter effectus em̄ formaliter dr̄ respectū modo respectus est accn̄s dr̄ em̄ effectus respectum ad causam.

Arguitur quarto. Actio nō est genus generalissimum igitur ꝓbatur. Omne genus est vl'e sed actio nō est vniuersale igitur. Maior est porphirij qui diuidit vl'e in gen⁹ speciem et alia vniuersalia. Minor ꝓbatur quia vniuersale ē qdam commune sed actio est quoddam singulare et singularium dicitur em̄ primo methꝭce: ꝙ omnes actiones generalissime et operationes sunt singularium. Dico verum argumentū cōcludit ꝙ hec vel ista actio ē singularium. Actio tamen in genere et ī cōmuni sumpta est vniuersalis et sic arḡtum nō ꝯcludit.

Arguitur quinto. Non omnis actio ē in motu igitur prima ꝓprietas actionis non valet: probat̄ aņs velle intelligere et speculari sunt actiones vt notum ē et nō sunt in motu ꝓbatur: dr̄ em̄ septimo pħicoꝝ ad partem intellectiuam nullus ē motus. Dico verum argumentum cōcludit ꝙ ad partem intellectiuam nō est motus verum est capiendo motum ꝓprie sꝫ capiendo motum cōmuniter ꝓ operatione agentis gn̄aliter tūc ad partem intellectiuam est motus quia intellectus cum ē fact⁹ in actu per spēs intelligibiles tunc iudicat de suo obiecto: et ista iudicium et habent similitudinē quādam motus

Arguitur sexto. Facere et pati nō re- cipiunt contraria ꝓbat̄ ꝯtraria dn̄t poni sub eodem gn̄e: sꝫ facere et pati nō ponūtur sub eodem gn̄e igit̄. Maior ē arestotelis ī de-

finitione ꝯtrariorum. Minor agere ē in actione et pati in passione. Dico verum argumentum concluderet: si et in ꝓprietate deberet teneri copulatim sed debet teneri copulatiue vt scȝ ꝓprietas valeat tm̄ actiones cōtrariātur actionibus et passiones passiōib⁹ vt dictum est in ꝓprietate.

Arguitur septimo. Actio nō suscipit magis et minus nec passio igitur ꝓprietas actionis quarta non est bene assignata ꝓbatur antecedēs quia sic sequeretur ꝙ verba possent cōparari quod ē falsum et contra grāmmaticos ꝓbatur sequela. Illud ꝯparatur quod suscipit magis et minus sed verba suscipiunt magis et minus. Maior est vna conditio cōparatōis apud grāmaticos. Minor est gilberti in textu verba multa significant actionē. Modo actio suscipit magis et minus. Dico verum argumentum concludit ꝙ verba cōparantur significatione sed non vocis formatione quia nō habent vocem abilem ad comparandum vel etiam. Dico ꝙ verba possunt ꝯparari per circumlocutionem: vt amo magis amo maxime amo.

Arguitur vltimo: actio est in agente ergo non in paciente: vt dīt gilbertus ꝓbatur. Omne quod fluit et ꝓcedit ab aliquo in aliud est in eo a quo ꝓcedit sed actio ꝓcedit ab agente in passum igitur. Maior ē nota quia aliquid intelligit̄ esse prius in illo a quo fluit ꝙ̄ i illo in quod suscipitur. Minor qr agens agendo ꝓducit actionem et agens est causa actionis vt dīt gilbertus in textu. Dico verum argumentum concludit ꝙ actio bene est in agente causatiue et effectiue sed receptiue et susceptiue est in passo. Sequitur corollarie ꝙ nō implicat actionem nō esse in agente et etiam in passo scđm diuersum modum essendi in: vt actio ē in agente causatiue et effectiue sed receptiue et subiectiue est in passo.

Utrū predicamenta quatuor vltima scȝ. Quando vbi situs et habitus a Gilberto porritano sint sufficienter assignata. Pro intelligētia questionis more.

Notandum est primo: ꝙ circa predicamentū quando quinqȝ gn̄alia sicut in aliis predicamētis ꝓpt̄ luciorem institutionem sunt inquirenda et determināda primum qđ ē gn̄alissimū huius p̄dicamēti scđm quod sit quesitiuum hui⁹ p̄dicamēti: tercium quis sit mod⁹ p̄candi formalis hui⁹ p̄dicamēti quartū quis sit modus p̄dicādi huius p̄dicamēti quintum que ē

mensura ponibiliū in isto p̄dicamēto. Quantū ad primum dōm quod gn̄alissimum huius p̄dicamenti est qn̄ incptum dr quoddā accidens derelictū in re tp̄ali ex eo quod tp̄s mensurat rem temporalē Ad scdm dicendū quod quesitiuū huius predicamenti est qn̄ interrogatiue sumptū querens rem esse in tpe. Ad tercium dicendum quod modus significādi huius p̄dicamenti est significatione formali significare quoddā accn̄s quod relinquitur ī re tp̄ali ex eo quod tp̄s mensurat rem temporalem. Ad quartū dr quod modus predicandi huius p̄dicamēti ē p̄dicari de prima suba ad quesitiuū huius predicamenti vt querendo qn̄ ioānes vel rex venit. Respondetur hodie heri. Ad quintū dicēdum quod mensura ponibiliū in isto p̄dicamento ē quod omnia dicibilia quibus ɔuenit modus p̄dicandi et modus predicādi huius p̄dicamēti ponitur in isto predicamēto vt hodie heri cras similiter. Anno domini. M. d. iiij. Similiter añ festum pasce post diem sancti martini: post quatuor septimanas ante viginti dies Illa eñ omnia cō ueníenter respondētur de prima suba ad quesitiuū huius p̄dicamenti vt qn̄ ioānes venit rn̄detur ante sex septimanas Gilbertus aūt porritanus sic diffinit qn̄ Quando ē quod ex adiacentia tp̄is relinquitur in re temporali. Pro qua definitione intelligēda. Sciendum quod res temporalis ē que tempore īcipit et tempore deficit et sic omnia gn̄abilia ⁊ corruptibilia dicūtur res temporales sed illa diuina nō dicūtur res temporales quia nō mensurantur tempore nec tempore deficiēt dr eñ quarto phicorum. Eterna nō sunt ī tempore nec actiones eoꝝ. Consurgit autem vel causatur quando in re temporali ex eo quod tempus mēsurat talem rem Sicut in simili ex positione pedis in arenam vel puluerem relinquitur quoddam accn̄s in puluere vel arena quod dr vestigium et ex eo quod aliquis perfunditur aqua vel aliquo humido relinquitur quoddā accn̄s in eo quod dr humidꝰ Sic etiam ex eo quod tempus mensurat res tp̄ales relinquit accn̄s in re temporali quod vocatur quando Pro gn̄e aūt in definitione qn̄ ponitur forma accidentalis vel accidēs valebit ergo definitio qn̄ tm̄ Quando scz est accn̄s qđ ex adiacentia temporis relinquit in re tp̄ali. Distinguitur aūt triplex mensura rerū a philozophis scz eternitas euiternitas et tempus ꝓprie dictum. Eternitas est mensura rei que in se ē immutabilis nec mutabilitati subiecta vt est causa prima. Unde et dr eternum quasi extra terminos principij et finis. Euiternitas autem est mensura rei que scdm se eēt mutabilis tamen mutabilitati nō ē subiecta vt sunt sube diuine separate. Uñ et dixit plato in persona summi dei loquens ad intelligentias et angelos superiores qui sunt domini inferiorum intelligentiarum et angelorum O dij deoꝝ quorū pater opifex qz ego natura quidem mutabiles voluntate aūt mea sic ꝑmanetis

quod em̄ bona ratione vinctum est et compositum dissolui velle non est dei. Tempus autem est mensura rerum generabilium et corruptibilium vt dr quarto phisicorum. Scdm autem gilbertuz quando est triplex scz quando presens: quando preteritum et qn futurum. Presens vt esse hodie esse nūc: preteritum fuisse heri: futurum vt esse in futuro. cuius diuisionis ratio est ista quia quādo consequitur tempus: constat aūt q tempus est triplex vt ostēdit quarto phico presens preteritum et futurum. Proprietates aūt ipsius quando sunt tres. Prima quando non habet contrarium. Scda quando non suscipit magis et minus. Ratio illarū duarū ꝓprietatum quia quando sequitur tempus modo tempus nō hz contrarium nec suscipit magis et minus ergo nec quando quod consequitur tempus. Tercia ꝓprietas quando esse in omni eo q incepit esse id est in omni re temporali. Dico notanter in omni eo quod incepit esse in tempore ꝓpter substantias diuinas que non mensurantur quando nec tempore quia non inceperunt factiōe phisica sed creatione aut sola emanatione Gilbertus tamē adhuc ponit aliam diuisionem quando quia quoddā ē quando simplex vt esse in instanti et quoddam est quando compositum vt esse in anno esse in mense.

Notandū scdo Circa predicamētum vbi etiam quinqz generalia ꝓ institutione iuniorum sunt inquirenda sicut et factum est circa alia predicamenta: primum quod est generalissimum huius predicamēti. scdm quod est questiuuz huius p̄dicamenti: tercium quis sit modus significandi hui⁹ p̄dicamenti: quartum quis modus predicandi: quintum que est mensura possibilium in isto predicamento. Ad primum est dōm q genus generalissimū huius predicamenti est vbi inquantū dr respectum in re locata ex eo q locus circūdat ꝛ mensurat rem locatam Ad scdm dicendum q questiuū est vbi interrogatiue sumptum vt querit de habitudine locali rei locate respectu loci: et sub vbi etiam continentur alia aduerbia localia questiua loci vt quo qua vnde. Ad tercīuz dicenduz q modus significandi hui⁹ predicamenti est significare significatione formali respectum derelictum in re locata ex eo q locus mensurat ꝛ circumscribit locatū Ad quartum dicendum q modus predicandi huius p̄dicamenti est predicari de prima subā ad questiuum huius predicamenti vt vbi ē ioānes: rñdet in ecclesia in domo in foro. Ad quintū dicēdū q mensura possibilium huius p̄dicamenti ē hec omnia dicibilia que significatione formali important formam et naturam hui⁹ p̄dicamēti et q̄ p̄dicāt de p̄ma subā ad īnrogatōez factā p q̄stiuū h⁹ p̄dicamēti oīa ponūt ī isto p̄dicamēto vt eē ī foro esse in domo

dicit esse viginti miliaribus ab hinc: esse cracouie esse rome et tribus miliaribus a cracouia et similia.

Notandum tercio q gilbertus Porritanus ita diffinit. Ubi est circumscripcio corporis a circumscriptione loci pcedens. Sciẽdum q ista definitio vbi nõ ẽ definitio quidditatiua sed potius causalis. Uult itaq gilbertus porritan⁹ dicere q vbi ẽ quoddam accñs causatum. In re locata ex eo q locus circumscribit et circũdat locatum sicut em qñ dr accñs quoddam derelictum in re temporali ex eo q tpus mẽsurat rem tpalẽ sic eodem mõ est de vbi ex eo q locus circũscribit locatũ. Intelligitur ergo definitio ipius vbi sic vbi ẽ circumscriptio corpis id ẽ quoddam accñs respectiuum derelictum in corpore circũscripto et locato a circũscriptione et circũdatione loci pcedens τ causata In ista definitione tangũtur duo. In eo em quod dr circũscriptio corporis tangit materia et subiectum circa quod est vbi: qr sicut corpora per se sunt in loco sic et vbi pprie est corporum. Scdo in definitione vbi tangitur causa efficiens ipius vbi cũ dr a circumscriptione loci pcedens. Species autem ipsius vbi fm gilbertũ sunt due scz vbi simplex et vbi cõpositum. Ubi simplex vt esse in principio in medio vel in fine. Ubi autem cõpositum vt esse in ecclesia: esse in ciuitate. Dicit em gilbertus q vbi simplex ẽ quod pcedit et oritur a loco simplici. Ubi cõpositum quod orit a loco cõposito: locus aũt simplex ẽ locus punctoꝝ et hoc ẽ esse in pncipio in medio vel in fine. In linea em sunt puncta quedam tminãtia vt punctus qui ẽ in principio et in fine linee sicr pũctus cõtinuãs in medio linee qui cõtinuat τ iũgit vnam partem linee cum alia Locus aũt cõpositus est locus corporũ de quo loco dr arestotiles quarto phisicoꝝ: q locus ẽ vltima superficies corporis cõtinẽtis Assignat aũt gilbertus duas pprietates vbi Prima nõ habere cõtrarium. Scda nõ suscipere magis et minus. Ratio illaꝝ pprietatum quia vbi sequitur locum sed locus non habet contrarium nec suscipit magis τ minus ergo nec vbi. Posset tamen supaddi tercia pprietas que est q vbi est in omni locato sicut em locus cõtinet omne locatum sic vbi quod sequitur locum est circa omne locatum.

Notandum est tercio: q nonum predicamentum in ordine est positio Unde circa predicamẽtũ situs p iuniorum institutione quinq generalia sunt inquirenda que τ quesita sunt circa alia predicamenta. Primũ quod sit gñalissimũ h⁹ pdicamẽti. Scdm qd sit qstitũ h⁹ pdicamẽti. Terciũ qs sit modus pcãdi h⁹ pdicamẽti. Quartũ qs mod⁹ pdicãdi h⁹ pdicamẽti.

Quintum que sit mensura ponibiliũ huius p̄dicamenti. Ad pri-
mum dicendũ est. q generalissimũ huius p̄dicamenti est positio
que dicit ordinatõẽ partiũ ⁊ situm in toto per ordinatõem que
est a natura vt dicetur inferius. Ad scd̃m dicitur q questiuũ nõ
habet nomẽ simplex ei impositũ sed circũloquitur per hoc com
plexum quomõ est hoc situatum: nõ inquãtum querit modũ si
tus qualificatiuũ scilꝫ bonitatem vel ɔueniẽtiam ⁊ maliciam
vel discõueniẽtiam: sed vt querit ordinatõem partiũ in toto in
ordine quo ad locum. Ad tercium dicẽdũ q modus significan-
di huius p̄dicamenti est significare ordinatõem partiũ in toto ĩ
ordine ad locũ. Ad quartũ dicendũ q modus p̄dicandi huius
p̄dicamenti est predicari de substantia adquesituum huius p̄di
camẽti: vt querẽdo qualiter Johãnes ẽ situatus respõdetur stat
iacet sedet. Ad quintum ẽ dicendũ q mẽsura ponibilium ĩ isto
p̄dicamento ẽ: omnia dicibilia quibus ɔuenit modus significã
di ⁊ p̄dicandi ipsius situs ponũtur in isto p̄dicamento: vt sedere
stare iacere statua colũna trabs vt dicetur inferius. Gilbertus au
tem diffinit sic positõem Positio ẽ quidam situs partiũ ⁊ genera
tõis ordinatio vt sessio statio. Subiũgit in textu scd̃m ordinatio
nem partiũ. Alia dicũtur stantia vel sedentia vel aspera ⁊ leuia.
Pro cuius defintõis intelligentia: diffinitum p̄ris definitio-
nis est positio Vñ positio capitur duobus modis. Primo vt po-
sitio dicit ordinatõem partiũ in toto respectu alicuius termini
cõmunis qui est p̄ncipiũ vnius partis ⁊ finis alterius ⁊ sic po
sitio pertinet ad quantitatẽ. Scd̃o positio capitur vt dicit ordi-
nationem partium in toto in ordine ad locum ⁊ ita capitur hic.
Unde positio designat triplicem ordinationẽ. Primo ordina
tionem partium in ordine ad locum. Scd̃o ordinatiõẽ partiũ
inter se. Tercio ordinatõem partium in toto ⁊ illa ordinatõ par
tium melius ⁊ distinctius apparet in toto etherogenio q̄ homo
genio. Vñ totum homogeniũ est totum cuius partes cum toto
sunt eiusdem nature ⁊ rationis vt sunt elemẽta: quelibet enim
pars aque est aqua ⁊ quelibꝫ pars ignis ẽ ignis. Sed totũ ethe
rogeniũ est cuius partes nõ sunt eiusdem nature ⁊ rõnis cũ to-
to vt homo: partes eñ hominis nõ sunt eiusdem nature cũ hõie
⁊ rõnis: quia caput nõ est homo nec digitus est homo Totum au
tem etherogeniũ est duplex: quoddam naturale ⁊ quoddã arti-
ficiale Naturale vt homo asinus equus. Artificiale vt domus.
Sequitur corollarie q licet taꝫ in toto homogeneo q̄ etheroge-
nio est ordinatõ partium: in toto tñ etrogeneo magis manifeste
apparet distinctio ⁊ diuersa situatio partium ⁊ ordinatio q̄ ĩ to-
to homogeneo vt patet in homine vel alio animato respectu aq̃
vel ignis In diffinitõe aũt positiõis situs habet se per modũ ĝe

neris et notioris quod positionis ponitur autem partium ad significandum imediatum subiectum positionis: quia positio principaliter dicit ordinationem partium in toto que proprie inest partibus per compositionem quam habent in compositione totius: cum autem in definitione positionis additur in fine et generationis ordinatio illa coniunctio et non debet capi copulatiue sed expositiue: vt scilicet illa particula generationis ordinatio declarat et exponit particulam precedentem scilicet situs partium: et sic definitio positionis secundum istam expositionem solum datur de positione naturali et valet tantum positio est situs partium et idest ordinatio generationis sic quod partes in toto habeant talem positionem quam natura eis dedit et instituit vt patet in leui et graui. Natura enim ponit leue sursum et graue deorsum. Alii tamen dicunt quod est communius quod ista definitio situs datur et de his que habent positionem ab arte et etiam a natura. Dicunt enim cum Gilbertus dixit quod positio est situs partium tetigisset positiones artificiales vt trabs columna: cum vero dixisset generationis ordinatio tetigisset positiones naturales: vt leue graue asperum et has positiones que fiunt a consueto motu nature: vt sessio statio. Expositio tamen prima de positione naturali magis videtur esse de intentione Gilberti tanquam de principali et prima ria. Ars enim sequitur naturam: vt dicitur secundo phisico. Sequitur corollarie primo quod positio rerum est triplex: quedam simpliciter a natura: vt graue leue asperum. Quedam sunt a consueto motu nature: vt sessio statio. Quedam autem ab arte: vt columna trabs et similes. Et licet Gilbertus porritanus loquitur de positione naturali tantum: tamen per hoc non negatur quin etiam alique sint positiones artificiales. Sequitur corollarie quod licet Gilbertus dicit in textu quod sedere et stare non sunt positiones sed dicuntur denominatiue a positionibus vt sedere a sessione et stare a statione: verum est per se et proprie: tamen sedere stare dicuntur positiones reductiue inquantum reducantur in eorum abstracta que sunt sessio statio. Species autem positionis sunt plures. Quedam est positio simpliciter a natura: vt graue leue. Quedam est positio a consueto motu nature: et quedam est positio ab arte: vt columna trabs. Proprietates autem ipsius positionis sunt tres. Prima non habere contrarium. Secunda non suscipere magis et minus. Tercia proprietas positionis est substantie proxime assistere: pro qua proprietate intelligenda. Notandum quod assistere capitur dupliciter. Uno modo proprie scilicet quod existat circa aliud et non inhereat ei: vt vna substantia potest assistere alteri substantie: et hoc modo neque positio neque aliquod accidens dicitur assistere substantie quia omne accidens inheret subiecto. Dicitur enim accidens quasi cadens ad aliud vt ad substantiam. Unde dicitur quarto metha. Accidentis non est esse sed inesse. Secundo aliquid dicitur assistere capitur

do assistere cōiter qd scilʒ causatur ab aliquo extrinseco ꝯparato ad subam vel qd causatur a substātia cōparata ad aliquod extrisecū dr assistere sube ⁊ de cui⁹ rōe nō ē esse in alio sed etiaʒ esse ad aliud: ⁊ hoc modo po[?]tio ⁊ alia accidentia que importāt respectum dicūtur assistere substātie: vt est relatio habitus vbi quando Qdō inter oīa ista ⁊ talia positio ipsa dicitur primius assistere substātie. Ratio quia positio non soluʒ dicit respectiue ad aliqd extrinsecum scilicet ad locum sed etiam dicit respectum partiuʒ substantie inter se ⁊ ad suum totum qui respectus propinquior ē ꝙ respectus ad extrinsecum solum. Partes em̄ substātie sunt intrīsece substantie ⁊ ad totum quod cōponūt et sic sunt ad aliud intrinsece. Sequitur corollarie ꝙ relatio positio habit⁹ vbi quādo: similiter actio et passio non dicuntur ideo assistere substantie ꝙ non inhererent substantie: hunc em̄ errorem retractauit Gilbertus Porritanus in concilio Niceno: sed dicuntur assistere substantie: quia inherent substantie et vltra hoc dicuntur assistere et importare respectum ad aliquod aliud: ⁊ sic ipsis cōuenit inesse et adesse.

Notandū quarto ⁊ vltimo: vltimum ⁊ decimum ꝑdicamentum ē habitus Circa qd ꝑ institutione iuniorū etiam quinqʒ sunt inquirēda sicut circa alia ꝑdicamenta. Primū quod est generalissimū huius ꝑdicamēti. Scdm qd est q̄sitiuū huius ꝑdicamēti Tercium quis est modus significādi huius ꝑdicamenti. Quartum qd inquiritur quis sit modus ꝑdicandi huius predicamenti. Quintum que sit mensura ponibiliū in isto ꝑdicamento. Quantuʒ ad primū dicendum ē ꝙ gn̄alissimū huius ꝑdicamenti est habitus vt dicit adiacentiaʒ eoꝝ que circa corpus sunt: vt dicetur inferius. Ad scdm dicendū ꝙ quesitiuū huius ꝑdicamenti non est simplex nomē sed circūloquitur per hoc complexum qualiter ē hoc hītuatuʒ nō querendo modū qualificatiuū si bene vel male sed querit adiacentiaʒ habitus ad corpus. Ad tercium dicendū ꝙ modus significādi huius ꝑdicamēti est significatōne formali significare quoddam accidens quod sequitur adiacentiā vestimenti ad corpus vt dicetur in diffinitōne habitus. Ad quartū dicendū ꝙ modus ꝑdicandi huius predicamēti: est predicari de prima substātia ad quesitiuū huius ꝑdicamenti: vt querendo quomodo Johānes est habituat⁹ respōdetur loricatus calceatus birretatus. Ad quintum est dicenduʒ ꝙ oīa dicibilia ponuntur in isto predicamento quib⁹ ꝯuenit modus ꝑcandi formalis ⁊ mod⁹ ꝑdicādi hui⁹ ꝑdicamēti diffinit ak Gilbert⁹ habitū sic Habitus est corpoꝝ vel eorum que circa corp⁹ sunt adiacētia. In qua definitōe habitus adiacentia ponit̄ loco

gorijs. Pro qua diffinitionis habitus sciendum q ista diffinitio habitus nō est diffinitō quidditatiua et essentialis sed potius causalis Uoluit ergo Gilbertus dicere q habitus nō est adiacentia essentialiter et formaliter: sed q habitus causatur ex adiacētia vestimenti ad totum corpus vel maiorem partez corporis: vl' etiā aliquādo ad minorem partē corporis vt dicetur inferius Pro q sciendū q habitus sunt duplices: quidā sunt habitus respicientes totum corp⁹ vel maiorem partem corporis: vt tunicatio vel tunica pallium vel palliatio: tunica enī et palliū regūt maiorem partem corporis. Alij aūt sunt habitus qui nō respiciūt totū corpus nec maiorem partē corporis sed minorē vt calceatio vel calceus annulatio vel annulus Annulus enī respicit digitū vel manuz et calceus pedem: similiter birretū cingulus pera respiciunt minorem partem corporis. In ista ergo defīnitiōe habitus tanguntur ambe spēs habitus Cū enī dicitur est adiacentia corporū tangitur habitus qui respicit maiorē partem corporis Cū vo dicitur vel eorū que circa corpus: tāgitur habit⁹ qui respicit minorem partem corporis. Sequitur corollarie q dicibilia pdicamēti habitus nō hnt pria nomīa simplicia et pmitiua: oporz ergo fingere noīa: vt armatio ab armis calceatio a calceo tunicatio a tunica. Sūt aūt spēs due ſm Gilberū circūlocutiue: vt habitus respiciens maiorem partem corporis et bitus respiciēs minorē partem corpis siue illi habitus sint per modū ornatus: vt palliatio vel palliūz siue per modū deornatus vt larua caruisbriuij. Sequitur corollarie q dicibilia huius pdicamēti ſcant habitus ab extrinseco adiacētes hoī et per hoc excludūtur crines cutis q adiacent p modū ptinuati cū homine: quia crines et cutis adherēt homini et sunt cōtinuata cū hoīe. Sequitur corollarie tercio q brutorū et rerū inanimatarū et sculptarū pprie non sunt habitus Aīalium tñ brutorū ornamenta referēdo ea ad hominē et q̄rū sunt ad vsum hoīs dicūtur habitus: vt ornamēta equi sella frenū calcar et sīlia. Propetates aūt habit⁹ ſm Gilbertū sūt tres: pma nō habere contrarium: scda nō suscipere magis et minus incertum magis et minus dicūt intensionē et remissiōem sed vt dicūt pluralitatē aut paucitatē. Miles enī vel eques in bello ē armatior pedite quia eques plura arma requirit Tercia pprium ē habitui esse in pluribus vt in habente et habitu: idest in illo quod est circa corpus In habente subiectiue et in habitu causatiue: ex adiacentia enī vestimēti ad habentem causatur habitus. Unde et dixit in textu proprium est habitus in plurib⁹ esse: vt in corpore et in his que circa corpus sunt Potest aūt idez esse in diuersis scdm diuersum moduz essendi et sic contingit in pposito Istis itaq notabilibus sic positis est.

Cõclusio responsalis ista: vltima predicamenta quattuor quando vbi situs et habere sunt sufficienter assignata patet ex dictis.

Arguitur primo: ista sex predicamẽta non sunt principia igitur male Gilbertus vocat ea sex principia. probatur: pncipium nõ habet prius et est pmum: sed ista pdicamenta habent prius igitur Maior qz pncipium ẽ pmum alicui⁹ gñis Minor qz ista sex pncipia causantur ab aliis: vt actõ a agẽte: vbi a loco: quãdo a tempore et sic de aliis. Dico verũ argumẽtum ocludit q ista vltima sex pdicamẽta ñ sũt pncipia in genere cause formalis respectu inferiorum: sed sunt bñ pncipiata in genere cause efficientis Omne enim accñs dependet a subã effectiue nouem tñ gña accidentium sunt pncipia formalia respectu suorum inferiorum:

Arguitur scdo: vbi et quãdo nõ sunt

genera generalissima igitur: probatur Omne genus gñalissimũ est vniuersale et pdicabile de suis inferiorib⁹: sed vbi et quãdo nõ sũt vlia nec pdicantur de suis inferiorib⁹ Maior ẽ nota quia decem genera gñalissima sunt vlia Mõ qõlibet vle est pdicabile: dicit enim pmo posteriorum Uniuersale est vnum in multis et vnũ de multis. Minor quia vbi et quãdo sunt sinkatbegreumata mõ sinkathegreumata nõ pdicantur. Qz aũt vbi et quãdo sunt sinkathegreumata qa sunt aduerbia: mõ aduerbia sunt sinkathegreumata sicut et omes partes indeclinabiles: vt dicit Petrus hispanus in pmo tractatu. Dico verũ argumentũ ocludit q vbi et quando licet non pdicãtur per se tamẽ cum addito: vt socrates existẽs hodie est existens quãdo: et socrates existẽs Cracouie ẽ existẽs vbi. Sequitur corollarie q vbi et quando inq̃tum sunt gña gñalissima nõ sunt aduerbia quorum significatio pz ex his q̃ dicta sunt

Arguitur tercio tempus nõ adiacet

rei temporali igitur probatur añs: omnis passio adiacet illi cuius est passio: sz tempus nõ ẽ ppria passio rei temporalis igit. Maior est nota qz mensura adest suo mensurato: modo ppria passio est quasi mensura sui subiecti Minor patz quia tempus ẽ ppria passio motus celi: vt dicit octauo phisicorum Mõ motus celi ñ est res temporalis quia nũq deficiet. Dico verum argumentũ cõcludit q tempus pmo et pncipaliter ouenit pmo motui vt passio suo subiecto tamẽ qz motus pmus saluatur in oĩbus aliis mo

tibus qui fiunt in tempore tunc convenit tempori causare quoddam accidens in rebus temporalibus quod vocatur quando.

Arguitur quarto: vbi recipit et habet contrarium igitur: probatur: omnis motus est de contrario in contrarium sed ad vbi est motus igitur vbi habet contrarium Maior est aresto. sexto phisicorum Minor est arestotilis quinto phisico. ad tria enim predicamenta est per se motus qualitatem quantitatem et ad vbi. Dico verum argumentum concludit quod vbi est motus: ibi est contrarietas communiter dicta sed non proprie dicta: vt dictum est ante ad quantitatem enim etiam est motus et tamen quantitas non habet contrarium.

Arguitur quinto: aliqua habent vbi et sunt in loco et non sunt corpora et per consequens determinatio Gilberti est falsa: probatur antecedens quia primus motor determinatur ad vbi et locum et primus motor non est corpus. Assumptum probatur prima parte patet per arestotilem octavo phisicorum qui ostendit quod primus motor est in oriente Intelligentie enim et divina ibi operantur: vbi sunt. determinatur enim ad vbi per operationem Secundum assumptum probatur secunda parte patet scilicet quod primus motor non sit corpus dicitur enim octavo phisicorum quod primus motor nullam magnitudinem habet. Dico quod substantie divine vt primus motor et anima nostra non sunt in loco circumscriptive: sed sunt in loco solum diffinitive et de his non loquitur hic Gilbertus: sed loquitur de his que sunt in loco circumscriptive vt sunt corpora.

Arguitur sexto. Diffinitio positionis non valet probatur In multis rebus reperitur positio in quibus non est generatio ergo definitio positionis non valet Tenet consequentia: quia diffinitio positionis dicit situs partium et generationis ordinatio: probatur antecedens quia in corporibus celestibus reperitur positio et tamen ipsa sunt ingenerabilia: dicitur enim primo celi: quod celum est ingenerabile et incorruptibile: similiter in rebus artificialibus reperitur positio vt trabs columna et ipse non generantur sed per artem producuntur. Dico verum argumentum concludit quod in diffinitione positionis illa particula generationis debet capi communiter vt extendit se ad omnem productionem sive naturalem sive creationem sive etiam artificialem.

Arguitur septimo. Diffinitio positi-onis non valet igitur in omni diffinitione aliquid ponitur pro genere: sed in diffinitione positionis nihil ponitur pro genere igitur Maior est Boetii in libro diffinitionum Minor quia habitus est genus generalissimum: modo genus generalissimum non habet genus supra se Di-

co verum argumentū cōcludit ꝙ in omni bona definitōe ꝓprie dicta aliquid debet poni ꝓ genere ⁊ sic licet in definitōe positionis nihil ponitur ꝓprie ꝓ genere tamē ponitur aliquid qđ habz modum generis: vt situs: vt dictum est añ diffinitio etiā positōnis non est definitio ꝓprie dicta sed quedam notificatio.

Arguitur octauo: habitus nō ē genꝰ generalissimū igitur Nulla species ē genus gñalissimū sed habitus est species igitur. Maior ē porphirij in ysagogis suis. Minor ē aresto. in capitulo de qualitate: vbi ostendit ꝙ prima spēs qualitatis est habitus vel dispositio. Dico verum argumentū cōcludit ꝙ habitus est species qualitatis sed non eodē modo vt est genus generalissimū quādo em̄ habitus dicit qualitatem acquisitam ex multis operatōibus tūc ē spēs qualitatis sz vt dicit adiacentiam corpoꝝ tūc habitus est vnum genus de decem generibus generalissimis.

Utrum determinatio arestotilis de quinqꝫ postp̄dicamentis sit sufficiēter assignata Pro intelligentia questionis more.

Notandū ē p̄mo: ꝙ postp̄dicamētuz definitur sic Postp̄dicamentū est aliqđ cuius noticia ē tradita ab arestotile in libro veroꝝ p̄dicamentoruz post noticiā oīm veroꝝ p̄dicamentoꝝ valens ad cognitōem accidentalē eorūdem. Sequitur corollarie ꝙ postp̄dicamenta ab antep̄dicamētis differūt pꝫ qꝛ cognitio añpredicamētoꝝ valz ad cognitōez essentialem verorū predicamentoꝝ sed cognitō postp̄dicamentoꝝ valet ad cognitionem accidentalē veroꝝ predicamentoꝝ: patet qꝛ cognitio añp̄dicamentoꝝ valet ad cognitionē diffinitionū ⁊ diuisionū verorū p̄dicamētoꝝ: vt determinatū ē circa dīonez añp̄dicamētoꝝ cognitio aūt rei per diffinitōnez ⁊ diuisionē ē cognitio essentialis: res em̄ per diffinitōnem cognoscitur in se ⁊ s̄m se per diuisionez cognoscitur res vt est in alio: vt in suis inferioribus: sed postpredicamenta valent ad cognitionem accidentalem veroꝝ predicamentorum: modo cognitio rei per ꝓprietates suas est cognitio accidentalis: ꝙ autem cognitio postpredicamentorum valet ad cognitionem proprietatum verorū predicamentoruz Patet primo de oppositione que est primum postpredicamentuz valet ad illam proprietatē que sepius est reperita scilicet non habere contrariuz. Scd̄m postp̄dicamentū scz p̄us valet ad illā ꝓprietatē terciā relatiuoꝝ: relatiua dicūt ad ꝯuertētiā ⁊ vnū n̄ ē p̄us alteꝛ.

Tercium postp̄dicamentū scȝ simul valet ad vnā ꝓprietatem re
latiuoꝝ in qua dictū est: relatiua sunt simul natura Quartū post
p̄dicamentū scȝ motus valet ad vltimā ꝓprietatem subē in qua
dicitur ꝓprium ē subē ƺm sui mutatōem suscipere ꝯtrariū. Quī
tum scilicet habere valet ad hoc vt sciamus ꝙ in quo p̄dicamēto
est habitus: in eodem ꝛ p̄uatio: vt tunicatus ꝛ nudus sunt in eo
dem p̄dicamento ꝛ auditꝰ et visus Sūt aūt scd̄m arestotilē post
p̄dicamēta quinqȝ scȝ oppositio: p̄us: simul: motus ꝛ habere In
p̄mis itaqȝ determinat de oppositōe: et dicit in textu ꝙ est qua-
druplex: scȝ relatiua vt pater ꝛ filius: cōtraria vt albū nigrū: pri
uatiua vt cecitas ꝛ visus: cōtradictoria vt sedere non sedere. Pri
ma itaqȝ species oppositoꝝ ē oppositio relatiua Diffinit aūt are-
stotiles in textu relatiua opposita sic Relatiua opposita sunt ea
ipa q̄ quolibet sunt alioruȝ dicūƭ vel quomōlibȝ aliƭ ad ea vt du-
plum dimidium: quasi diceret relatiue opposita sunt quoꝝ vnū
importat respectum ad aliud rōne cuius respectus vnū refertur
ad aliud vt pater ꝛ filius ꝛ dn̄s ꝛ seruus: de istis aūt relatiue op
positis satis ē dictum in p̄dicamento relatōis. Scd̄a spēs oppo
sitorū ē oppositio cōtraria: vn̄ opposita cōtrarie sunt que sub eo-
dem genere posita sunt ꝛ maxime a se inuicē distāt et eidē susce-
ptibili vicissim insunt ꝛ mutuo se expellūt nisi alteꝝ istorū insit
a natura: ex qua diffinitione colligūtur quatuor cōditōes requi
site ad contrarie opposita. Prima cōditio cōtrarioꝝ est quod cō
trarie opposita debēt poni sub eodem gn̄e p̄dicamentali vt albe-
do ꝛ nigredo sunt cōtraria ꝛ ponūtur sub qualitate similiƭ ama
ritudo ꝛ dulcedo. Scd̄o ad ꝯtraria requiritur ꝙ contraria debēt
maxime distare nō quidē distātia locali sed graduali et naturis
suis: vt summa albedo ꝛ nigredo distāt naturis suis: quia nihil
albedinis est in nigredine nec aliquid nigredinis ē in albedine
Tercio ad cōtraria requiritur ꝙ debent vicissim ꝛ successiue inesse
eidem subiecto vel susceptibili: vt sanitas ꝛ infirmitas insunt
vicissim eideȝ susceptibili vel subiecto. Quarta ꝯditio requisita
ad ꝯtraria ꝙ cōtraria debēt se expellere mutuo: vt albedo expel-
lit nigredinē q2 non ꝯpatiūtur se ꝑ eodem tempore in eodē sub
iecto. Dicit aūt aresto. in fine diffinitiōis nisi alteꝝ istoꝝ insit a
natura: quasi diceret si vnū ꝯtrariorū inest subiecto a natura tūc
vnum nō expellit alterū: sed vnū cōtrarioꝝ ꝙ determinatuȝ est
subiecto a natura semper inest subiecto ꝛ nūꝙ eius ꝯtrariuȝ pōt
inesse subiecto: vt est caliditas respectu ignis et albedo respectu
cigni: ꝛ nigredo respectu corui Post desinitōem aresto. ponit di
uisionem cōtrarioꝝ ꝛ dicit ꝙ cōtraria sunt duplicia: quedā sunt
mediata ꝛ quedā imediata. Contraria imediata sunt inter q̄ nō
cadit medium: vt sanum ꝛ egrū inter que scd̄m philosophū non

datur medium licet scdm medicos inter sanū ⁊ egrū datur me-
dium vt corpus neutrū. Cōtraria aūt mediata sunt inter que da-
tur medium ⁊ illa sunt duplicia: quedam sunt ɔtraria mediata
cui medio est nomē impositum: vt fuscum ē medium inter albū
⁊ nigruȝ. Alia aūt sunt cōtraria mediata qñ scȝ medio nō est no-
men impositum sed illud mediū accipitur per abnegatōeȝ vtri-
usqȝ extremi' inter bonū ⁊ malum datur medium per abnegatō-
nem vtriusqȝ vt puer pmo natus nec dr malus nec bon⁹. Ponit
etiam arestotiles adhuc differentiā inter ɔtraria mediata ⁊ ime-
diata: qr ɔtraria imediata sic se habent ꝙ necesse ē vnum illoruȝ
inesse subiecto: vt par ⁊ impar: omīs eñ numerus ē par ł impar
Sic silr sanum ⁊ egrum fm phos: omne eñ corpus viuēs scdm
philosophos aut ē sanū aut egrum. Cōtraria aūt mediata nō sic
se habēt qr nullum illoꝝ potest inesse subiecto sed mediuȝ illoꝝ:
vt nō omīs hō ē albus aut niger sed aliquis est fuscus Sequitur
corollarie ꝙ philosophi ideo dicūt inter sanū ⁊ egruȝ nō esse me-
dium: qr phi attendunt sanitatem penes debitam equalitatem
⁊ ꝓportiōem qualitatū pmarum ⁊ humoꝝ: egritudinē omnē re-
cessum dicūt siue magnū siue paruū a tali ꝓportōe ⁊ illum sem-
per dicūt egritudinem sed medici non dicūt egritudinē causari
ab omni recessu a ꝓportione humoꝝ ⁊ qualitatū: sed tm̄ magnū
recessum: mō inter ꝓportionē humoꝝ ⁊ qualitatū debitam: ⁊ in-
ter magnum recessum datur mediū: idest paruus vel aliqualis
recessus: ⁊ talem dispositōem vocāt dispositōem mediā vel neu-
tralitatem ⁊ sic corpus neutrum dicūt ꝙ nec est perfecte sanum
nec perfecte infirmuȝ: vt homo dolēs dentes vel oculuȝ vel qui
fluxum habet reumatum sine magna lesione.

Notandū scdo: ꝙ scda species oppositorum ē oppositio priuatiua Vñ priuatiue opposita sunt que ha-
bent fieri circa idem subiectū ordine irregressibili ⁊ tempore de-
terminato a natura: vt visus ⁊ cecitas surditas ⁊ audit⁹. Ex de-
finitōe aūt ista priuatiue oppositoꝝ habetur ꝙ quatuor sunt req-
sita ad priuatiue opposita Primū ꝙ puatiue opposita habēt fieri
circa idem subiectum vt visus ⁊ cecitas circa oculuȝ Scdm ꝙ p-
uatiue opposita habent fieri circa idem subiectū quodā ordine:
et est iste ordo ꝙ actu vel aptitudine habit⁹ pcedit puatōeȝ: si eñ
aliqs dȝ dici ⁊ esse cecus oportet ꝙ actus videndi vel saltē apti-
tudo vidēdi pcessit i tali subiecto puatiōeȝ actu/vt aliquis hō est
nūc actu vidēs ⁊ postea fit cecus: aptitudine vt i ceco nato i quo
licet actus videndi nō pcedit cecitatē tm̄ aptitudine. Oīs eñ hō
ex aptitudine nature est vidēs: ꝙ aūt in ceco nato actus vidēdi nō
pcessit cecitatē ē hoc p accñs vel ꝓpter imperfectōnem seminis

vel defectum seminis vel etiam ppter influxum celi qui facit ho minem naturaliter cecum vt dicunt astrologi: tercium quod requiritur ad priuatiue opposita ꝙ habeant fieri circa idem subiectum ordine irregressibili et sic ab hitu fit pcessus in puationē sed a puatione pfecta nō fit regressus in habitū ordine naturali nisi forte miraculo vt qui est cecus auxilio ꝛ precibus sanctorum ecōuerso acquirit visum. Quartum ꝙ ptingit circa oppositionē priuatiuā ꝙ aliqua sunt animalia quibus nullum priuatiue oppositorum inest nisi certo tpe quod natura dterminauit eis tūc si vnū n̄ iesset nec aliud priuatiue oppositorum diceret ei inesse: vt ē canis ante nonū diem nec est cecus nec videns: ꝙ non videns notū ē: ꝙ nō cec⁹ q2 natura adhuc nō deterīnauit et ordinauit cani ꝙ n̄ videat ante nonum diem sed si nō videret post nonum aut duodecimū vel sedecimum diem tūc esset cecus. Silr leo ante tercium diem nec est viuus nec mortuus sed si nō viueret post quartū aut q̇ntū diem tunc esset mortuus. Notandum etiam hic ꝙ duplex est priuatio quedam est priuatio perfecta et cōpleta et est que priuat actum et aptitudinē et principia proxima et ppinqua et ab illa nō fit regressus in habitum et de tali loquitur hic arestotiles Alia aūt est priuatio incōpleta et impfecta que priuat actum sed nō aptitudinem vel principia proxima sed nō remota et a tali fit regressio a priuatione in habitum vt ab ignorantia fit regressio ad scientiam et a tenebris ad lucē. Postea arestotelis in textu definit oppositionem contradictoriam et dr: contradictio est affirmatio vel negatio opposite vt sedere et nō sedere. Et datur ista definitio cōtradictionis nō de contradictione cōplexorum de qua dr i pmo periarmeniarum sed datur de contradictione incōplexorum: que autem oppositionū sit maior dicetur in scdo periarmeniarum.

Notandū est tercio ꝙ fm postpredicamentum ē prius. Unde vnū ens est prius alio quinqȝ modis. Primo tempore ꝛ sic prius valet tantum sicut seni⁹ vl antiquius et sic homo triginta annorum ē prior et senior homine decem annorum. Scdo prius valet tantum sicut superius vt animal ē pri⁹ ꝛ superius homine in consequētia subsistendi quia bene sequitur homo ē ergo animal ē similiter vnū ē superius ad duo quia bene sequitur duo sunt ergo vnum est dixit ergo arestotiles in textu. Superius est a quo nō cōuertitur consequētia subsistendi. Unde consequētia subsistendi est cuius antecedēs et consequēs sunt ppositiones de est secūdo adiacente in qua valet arguere ab antecedente ad cōsequēs sed nō ecōuerso vt bene sequitur homo ē ergo aīal ē sed nō ecōuerso aīal ē ergo homo est q2 aūs pōt esse verū sine cōsequēte: vt eēt equus esse et nō hō. Tercio mō dr prius rōe ordis

et sic premisse sunt priores ↄclusione et prius ē aſi scdm. Quarto prius valet tm̄ sicut nobilius et vt dr̄ dignitatē et sic magis dilecti et honorabiliores dicuntur priores et sic viri religiosi hn̄t priores in monasteriis. Quinto dr̄ prius causalitatiue et sic causa ē prior ꝙ effectus vt pater est prior filio ſm subam. V[9] Genex supe riusſ ordine venerabile causa. Tercium postpredicamētum est siſr. Unde simul dr̄ tribus modis: primo scdm tempus et sic illa q̄ siſr generantur ⁊ in eodem tempore dicūtur simul vt duo gemelli ⁊ sic dr̄ quarto methaphisice. Illa que generantur eadē generatiōe et corrūpuntur eadem corruptione dicūtur simul Sic siſr sbiectū et propria passio dicūtur simul tempore: scdo aliqua dicūt simul scdm consequētiam subsistendi et scdm sequelam et tamen vnū non est causa alterius vt pater et filius sunt simul quo ad mutuū respectum et sequelam et vnū non ē causa alterius quo ad talem sequelam: sed respectus mutuus coꝝ est causa ꝙ vnū refertur ad aliud: tercio aliqua dicūtur simul scdm diuisionem vt differentie opposite diuidētes aliquod genus dicūtur simul vt rationale et irrationale diuidentes hoc genus animal dicēdo aīalium aliud rationale aliud irrōnale. V[9] tempore natura siſr sunt et sine causa Plures sub genere spēs non sunt coequeue.

Notandum est quarto et vltimo: ꝙ

quartum postpredicamentum est motus Unde motus capit du pliciter. Uno modo ꝓprie et sic motus est mutatio successiue a q̄ res ꝓcedit a termino a quo ī terminū ad quem et sic capit tercio phicorum et sexto et sic generatio et corruptio non sunt mot[9] q̄a generatio ⁊ corruptio sunt mutationes instantanee vt dicit sexto phisicorum: tercio capitur motus cōmuniter ꝓ omni mutatione siue successiua siue instantanea et sic generatio et corruptio sūt motus et ita arestotiles in ꝓposito cepit motum. Unde generatio ⁊ corruptio capiūtur dupl'r. Uno modo cōmuniter et sic omnis dispositio materie ad formam educendam vt in brutis vel increandam vt in homine dr̄ gineratio et sic generatio est īmixta alterationi vel econuerso et isto modo gn̄atio est motus successiu[9] dispōem materie ꝓ forma suscipienda non fit in instanti et sic etiam omnis dispositio materie ad formā abiiciendā dr̄ corruptio: scdo modo generatio capitur ꝓprie ꝓ vltimo instanti aduētus forme siue p eductionē siue p increatiōem dr̄ gn̄atio: ⁊ sic gn̄atio ē mutatio īstātanea vt dr̄ q̄nto phicoꝝ Siſr corruptio capit ꝓ vltio īstāti recessus forme a materia vl' corruptōis ei[9] forme sūt at spes mot[9] cōit accipiēdo motū sex: pma ē gn̄atō vn̄ gn̄atō ē ꝓcess[9] ab eē negato ad eē affirmatū: scda ē corruptōe ē ꝓcess[9] ab eē affirmatō ī eē negatū: tcia ē augmētatō ⁊ ē ꝑ extr' q̄ntitat' maioratō q̄rta ē diminutio ⁊ ē ꝑ extūtis q̄ntitat' minoratio: q̄nta ē alteratio et ē mutatio

rei de vna qualitate contraria in aliam vt ex sano fit infirm⁹. Sexta est scd̃m locum mutatio qua res mutatur de vno loco in aliũ et hoc fit sex modis scd̃m ꝙ sex sunt differẽtie positionis aut ĩ sursum aut in deorsum aut in ante aut in retro aut in dextrum aut ĩ sinistrum. V⁹. Corrumpit generat augmentat et loca mutat. Alterat et minuit he sunt motus species sex. Quintum et vltimum postpredicamentuꝫ est habere. Unde habere ſm arestotilem ĩ rexꝰ dr̃ septem modis. Primo dr̃ habere qualitatem vt homo habet scientiam vel iusticiam. Scd̃o aliquid dr̃ habere aliquid vt magnitudinem vel quantitatem. Tercio dr̃ habere aliquid vt mẽbruꝫ vt homo habet manũ vel pedem. Quarto aliquid dr̃ habere aliqd vt vestimentum et indumentum ⁊ ea que sunt circa corpus vt hõ habet tunicam. Quinto dr̃ habere vt rem contentam ⁊ sic vas hꝫ vinum et modius habet et continet grana tritici. Sexto aliquid dicit̃ habere aliquid vt rem possessam et sic homo habet agrum. Septimo aliquid dr̃ habere vt habere vxorem et sic vir in matrimonio habet vxorem. Sed hic videtur esse alienissimus modus ĩ habere quia idem habet et habetur vt vir habet vxorem et vxor virum in matrimonii ligamento et etiam vir dr̃ solum habere vxorem quo ad cohabitandum et hĩ septem modi ipsius habere sũt modi plus vsitati tñ sunt alii modi sed non ita cõmunit̃ vsitati. Istis notabilibus sic positis est.

Conclusio responsalis Ista determi

minatio arestotelis de quinq3 postpredicamẽtis ẽ sufficient̃ assignata. Ueritas huius ↄclõnis pꝫ ex his que dicta sunt.

Arguitur primo. Oppositio relatiua

nõ est oppositio igit̃ ꝓbatur opposita nõ conueniũt vni sꝫ relatiua opposita ↄueniũt vni igit̃. Maior quia opposita mutuo se expellunt nõ ẽ eñi intelligibile quõ opposita ↄuenirent vni. Minor qr idem homo est pater et filius dico verum argumentum cõcludit ꝙ opposita relatiue nõ ↄueniũt vni respectu eiusdem et eodẽ mõ modo idẽ homo est pater et filius sed respectu diuersorum quia respectu sui patris tunc est filius sed respectu suorum filioꝝ tunc est pater.

Arguitur scd̃o Contra definitionem

cõtrarioruꝫ q̃ nõ valet igitur ꝓbatur quia ex ea sequeret̃ ꝙ de⁹ et materia prima essent ↄ̃ria igit̃ quod falsum ẽ. Materia eñi pͥma et deus sunt sube: mõ sube nihil ẽ contrariũ ꝓbat̃ seq̃la ex definitione maxie eñi distãt: deus eñi ẽ purus actus vt dr̃ duodecimo

methaphisice. Materia autem prima est pura potētia vt dicitur primo phicorum. Modo purus actus et pura potentia maxime distant sunt em̄ extrema nature que maxime distant. Dicitur em̄ primo de anima. Actus ⁊ potentia non parum differunt et addit cōmentator ymmo multum. Dico verum argumētum cōcludit ꝙ deus ⁊ materia prima maxime distant distantia pfectionis sꝫ non distantia graduali qua contraria distant et qualitates ɔ̄rie. Unde gradus in ꝓposito est pars vel porcio pfectionis q̄litatis qua qualitates ab inuicem distant vt in summo albo sunt plures et multe pfectiones albedinis ꝙ in fusco.

Arguitur tercio ex definitione cōtrariorum sequitur falsum igit̄ ꝓbatur sequela quia sequitur ꝙ celum ⁊ terra essent contraria quod tamen falsum est sunt em̄ sube modo sube nō habent contrarium ꝓbatur sequela quia celum ⁊ terra maxime distant loquendo de vltimo celo aut primo mobili Dico verum argumentum concludit ꝙ primum mobile et terra distant distantia locali sed de ista distantia nō loquit̄ arestotiles in definitione cōtrariorum.

Arguitur quarto. Contraria non expellunt se mutuo igit̄ ꝓbatur quia contraria cōpaciūtur se i eodē subiecto igitur non se expellunt ꝓbatur antecedens ex arestotile tercio phisicorum de fusco quod participat de albedine et nigredine simul. Unde et ibidem dꝫ ꝙ medium participat naturam vtriusqꝫ extremi et in aqua tepida calidum et frigidum sꝫ simul Dico verum argūtum ɔcludit ꝙ ɔ̄rta ɔpaciuntur se in eodē subiecto ſm esse remissum sed nō ſm esse intensum.

Arguitur quinto ex definitione contrariorum sequitur falsum ꝓbatur qꝛ sequitur ꝙ virtus et viciū nō essent contraria quod est contra arestotilem in textu ꝓbatur sequela quia virtus et vicium non ponūtur sub eodem gn̄e sed diuersis vt dꝫ arestotiles in textu virtus em̄ ponitur sub bono et vicium sub malo. Modo bonum et malum sunt diuersa. Dico verū argumentum concludit ꝙ virtus et vicium nō ponuntur sub eodem genere immediato sed bn̄ mediato scꝫ sub q̄litate bonū em̄ ⁊ malū etiā ponūtur sub qualitate.

Arguitur sexto. Habitus nō precedit priuationē igit̄ determinatio arestotelis in textu nō valet ꝓbat̄ in ceco nato in quo nō fuit visus. Dico verum argumētū ɔcludit

q in ceco nato visus et habitus non precedit priuationem ut ce-
citatem quo ad actum sed sufficit q quo ad aptitudinem quia ex
aptitudine nature ē q quilibȝ hō debet videre licȝ aliqn̄ p accn̄s
cotingat q homo non videt.

Arguit septimo a puatione i habitū fit regressio igitur definitio priuatiue oppositorum non valet p-
batur an̄s quia ab ignorantia fit regressio ad scientiam similiter
a tenebris ad lucem ut post noctem venit dies et ista sunt puatiē
opposita. Ignorantia em̄ priuat scientiam et scientia ignorātiā.
Dico ve arn̄tum ɔcludit de priuatione impfecta et incōpleta q̄-
lis ē ignorātia respectu scientie.

Arguitur vltimo Generatio et corru prio sunt species motus igitur pbatur antecedens omnis mot⁹
fit successiue sed generatio et corruptio sunt mutationes instan-
tanee igitur. Maior est arestotelis tercio phisicorum. Minor est
arestotelis quinto pħicorum. Dico verum argumentum ɔcludit
q omnis motus fit successiue capiendo motum proprie: sed hic
motus capitur cōmuniter p quacūq mutatione siue successiua
siue instantanea.

Circa initium libri Periarmeniarū Queritur primo Utrum voces signi ficent conceptus et Utrū ɔuenientia silr et differētia inter voces
et ɔceptus ab arestotile sint bn̄ assignate. Pro intelligentia hui⁹
questionis more. Sciendū q hec questio tria querit. Primo vtrū
voces significēt ɔceptus ut arestotiles dr in textu. Scdo q̄rit vtr
cōuenientia inter voces et conceptus sint bene posita Tercio q̄rit
Utrū drn̄tia inter voces et ɔceptus sit bn̄ ab arestotile assignata.
Pro intellectione partis prime.

Notandum est primo q titulus scie huius libri ē liber periarmeniarū vel vt alii dicūt piarmenias sic
q hermenias sit gtūs posit⁹ loco ablī more grecoꝝ q̄ carēt abla-
tiuo et dr liber piarmenias id ē liber de interpratione. Interptat
em̄ arestotiles in hoc libro enūciatiōem et que sunt eius partes z
quō definitur et diuiditur et quomō constituit. Sūt aūt peri her-
meniarū aut peri hermenias due dcōes peri ē ppō greca valens
latine sicut de et hermenias ē gtūs grecus huius nois hermenia
hermenie vt dr huguitio. Est aūt subiectū scie huius libri attribu-

tionis fm̄ intentōem simplicij bohetij et doctoris thome interp̄tatio. Capit̄ aūt interp̄tatio dupli̇r: primo cōit̄ et sic interpretatiō est minus noti p̄ magis notum declaratio et sic capit̄ interp̄tatō scd̄o topicorum vbi ōnditur quō valet arguere ab interpretatione ad interpretatum vt ioānes est amator sapientie ergo ioannes ē philosophus Alio modo capitur interpretatio ꝓprie et sic ɔuertit̄ cum enunctiatione. Vn̄ et ꝓpter hoc multi dicunt ꝙ enūctiatio sit subiectum huius scientie et eius ꝓpria passio verum vel falsū ꝓpositionale: potest tamen dici ꝙ interpretatio est subiectum cōmunitatis huius scientie et enūctiatio principalitatis Boetius autem definiens interpretationem dr̄ ꝙ interpretatio est vox p̄ se significans aliquid siue sit nomen siue verbum siue oratio siue enūctiatio. Albertus etiam dr̄ ꝙ interpretatio est expositio rei p̄ omnē modū quo exponi potest siue ī parte siue in toto siue vl̄iter siue particulariter siue finite siue infinite siue oratione vna siue nō vna Arestotelis aūt in textu volens determinare suū ꝓpositum dr̄ primū oportet ɔstituere id est dicere ꝙ quid nomen quid verbum postea quid negatio et affirmatio et enūctiatio et oratio Rō aūt huius determinationis arestotelis ē hec: quia enūctiatio ē quoddam totū cognitio aūt et esse totius ē ex suis partibꝰ: scd̄o nō ꝙ ꝙ enūcciatio diuerso mō ē totū et fm̄ hoc etiā h₃ diuersas p̄tes: primo eīn enūctiatio accipit̄ vt quoddā totū integrale et sic eiꝰ p̄tes sunt nomē et verbū: scd̄o accipit̄ vt quoddā totū vl̄e ⁊ sic eiꝰ p̄tes sunt affirmatio et negatio: tercio ɔsiderat̄ vt quoddā totū definibile et essentiale et sic eius pars ē oratio. Definit̄ eīn enūctiatō p̄ oratione sicut p̄ eius gn̄s. Preponit aūt arestotelis ī textu negationem affirmationi l₃ naturalr̄ ⁊ via p̄fectionis affirmatio ē an̄ negationē vt dr̄ p̄mo posterioꝝ vt ōnderet ꝙ negatio ⁊ affirmatō sint spēs coequeue sub eodē gn̄e q̄d ē enūctiatio. Si eīn p̄posuiss₃ affirmationē negationi opinaret̄ aliq̄s ꝙ negatio esset pars minus principalis enūctiationis.

Notandum scd̄o ꝙ fm̄ intentionem

doctoris thome hic in ɔmēto tria requirunt̄ ad impōem vocis: p̄mo res s̄cāda: scd̄o itellectꝰ rē ⁊ ꝓprietates rei ɔsiderantē vt eīn ōndit̄ t̄cio de aīa. Intellectus hūanꝰ ē virtꝰ passiua q̄ddi tates rer consideras p̄ quaꝝ intellectōem ducit̄ de potētia itelligēdi ad actum intelligēdi vt dr̄ tercio de aīa: t̄cio req̄rit̄ vox quā itellectus format q̄ ē ɔformis rei s̄cāde vt p₃ ī hac dcōne hō q̄ s̄cat aīal rōnale factū fm̄ corpus ex humo ⁊ terra ī cuiꝰ vocꝭ hō impōe: p̄miꝰ impositor ī latino ɔsiderauit hāc rē hō ⁊ ꝓp̄etates eiꝰ scꝫ ꝙ hō est factꝰ de humo. Vn̄ ⁊ intellectꝰ formauit hāc vocē hō q̄ gerit in se et exprimit ꝓprietatem huꝰ rei homo. Vn̄ et dixit hō q̄si factus

de humo Sic nōr est in aliis vt lapis dicitur quasi ledens pedē et petra dr̄ quasi pedibus trita: habet aūt quelibet vox imposita ad significandum .put sufficit ad ppositum duplex significatū vnū principale et hoc est res significata p vocem impositam ad significandum et hoc est significatum principale. Aliud autem ē significatum vocis imposite ad significandū nō principale sed quasi medium et sine quo nō potest fieri significatio principalis et hec est significatio conceptus qua mediante vox imposita ad sc̄adū representat. Nulla eñ res potest significare intellectui vl' audiēti nisi per conceptum medium inter vocem et rem significandam et de ista significatione loquitur arestotiles in textu cum dr̄ ea q̄ sunt in voce sunt signa et note earum passionum que sunt in aīa In quibus verbis arestotiles per passiones anime intelligit conceptus: dicūtur autem cōceptus passiones anime quia intellectus dr̄ pati saluatiue a conceptibus rerum quos recipiendo in se pficitur: vox ergo imposita ad significandum dr̄ significare cōceptū non significatione principali sed vt medium quoniā vox prolata vocaliter significat rem principaliter. Alii dicūt q̄ vox significat cōceptum incitatiue ille eñ qui audit vocem significatiuam et ē intelligens incitatur ad conceptum formandū de re significāda Unde conceptus est quoddam medium inter vocem et rem significanda. Probat aūt arestotiles in textu q̄ voces significāt cōceptus et arguit sic. Sicut eñ se habent scripta ad voces sic se hñt voces ad cōceptus sed scripta significant voces ergo etiā similr̄ voces significant ɔceptus Maior patet ex cōueniēti similitudīe inter scripta respectu vocum et vocum respectu cōceptuū. Mior est nota quia cū scribimus aliqua ad amicum illa scripta signant verba que quis dicere et loqui haberet coram amico Sequitur corollarie primo q̄ scripta significant voces nō naturalr̄ quia non apud omnes homines significant idem: laycus eñ visis scriptis non intelligit nec cognoscit quibus vocibus talia scripta corrñdent. Nec etiam scripta significant voces ex impositione vltīata sed potius scripta sunt imposita ex cōsequēti et secūdario ad res significandas sicut voces sunt imposite ad significandum rem pmo et principaliter Scripta ergo significant voces non ex impositione vltimata sed potius ex quodam vsu. Sequitur corollarie scd̄o q̄ voces significant cōceptus nō significatione primaria et principali quia sic vox significat rē p qua est imposita ad significandum sed voces significant conceptus vt dictum est tanq̄ medium sine quo voces nō representant audienti vel intellectui rē ex significatum principale. Unde et dicit doctor thomas hic ī cōmento res non significantur nisi vt sunt cōcepte et intellecte: res aūt intelligūt̄ p ɔceptus vl' spēm ītelligibilē vt ondit̄ scd̄o d̄ aīa.

Sequitur corollarie tercio q in qlibet voce scanda sunt tria: vox res et conceptus: vox et res scata sunt extrema: de extremo aut i extremu no itur nisi per mediu: vt dicitur tercio phisicor: sic a voce no deuenitur ad rem nisi per conceptum medium.

**Notandu est tercio: q aresto. ostendit in textu couenientiam et differentiam inter vocem scripta et oceptus et dicit q voces et scripta non sunt eadem apud oes homines sed oceptus rerum sunt idem apud oes hoies. Rato p mi qr alias litteras et scripta hz grecus: alias latinus: et alias iudeus et alie naroes: similiter no omnes hoies aliis et aliis vocib exprimut res: hoiem em grecus vocat antropos Iudeus adam et latinus homo. Ro scdi quare coceptus rer sunt idez apud oes hoies salte in spe quia quem coceptuz format grecus vel indus de hoie tale oceptu format et hyspanus et iudeus: sicut em oes homines sunt eode mo dispositi in mebris vt manib capite et oblogi corporis spei et stature pcere: sic et oceptus de hoie est idem apud oes hoies: sic simlr est de oceptib aliar reru equor aut asinor Postea ponit ouenientia inter voces et conceptus et per ons etia inter scripta et est sicut em aliqui sunt oceptus simplices qui nec scant ver vel falsum vt cocipiendo hoiem in pma operatoe intellectus absolute et sicut quidam sunt coceptus oplexi significantes verum vel falsum vt ocipiedo q homo e anial vel quod ho est asinus In scda operatoe intellectus in operatoe et diuisioe Sic etiam est in vocibus et per oseques in scriptis scilicz q aliq sunt voces simplices vt homo animal que nec scant vere nec false: et sic alique voces sunt complexe vt homo est aial homo est asinus que scant vere vel false. Sequitur corollarie q sicut dictu est de vocibus ita etiam dicendum est de scripta scz q queda sut scripta simplicia que nec scant verum nec falsum vt hec dcto homo scripta. Et aliqua sunt scripta complexa que scant veru vel falsum: vt hec ppositio scripta homo est anial scat vere: et hec ppositio scripta homo est asinus scat false. Sequitur corollarie q arestotiles in textu ex dictis inuestigat in definitoe nominis et verbi ponendas istas particulas complexum et incoplexum in definitione nominis verbi et orationis virtualiter ponendas: nomen em et verbum debent esse voces incomplexe Oratio autem de numero complexorum: vt dicetur inferius circa diffinitoem nominis verbi et orationis.

**Notandu quarto et vltimo: q arestotiles in textu infert duas autoritates notabiles Prima q circa opositionem et diuisioez e veritas et falsitas Un per compositoz

scdm aresto. determinatoem intelligit ppositio affirmatiua i q predicatum oponitur cu subiecto aliqn vere vt homo est aial: aliquado false vt homo est asinus. Per diuisione aut aresto tiles in textu intelligit ppositionem negatiua in qua pdicatum diuiditur a subiecto vere vel false: vere vt homo no est asinus: false vt homo no est animal. Sequitur corollarie primo q ppositio kathegorica dicitur compositio quia in ea pdicatum coponitur cu subiecto per copulam affirmata. Sequitur corollarie scdo q propositio kathegorica dicitur diuisio quia in ea pdicatu diuiditur a subiecto vt homo non est asinus: et sic in pposito ppositio et diuisio capiuntur passiue. Quo autem veritas est in re causatiue in aia subiectiue et in ppositione sicut in signo ad similitudine sanitatis que est in aiali subiectiue in cibo et potu causatiue: et in vrina sicut in signo vt dictu est in capitulo de pdicamento substatie. Scda autoritas qua arestotiles ponit in textu e q noia et verba silia sunt sine compatioe et diuisioe intellectui; no vult aut arestotiles in ista autoritate allegata q noia et vba sint silia quo ad modo significandi: nomen eni significat substantia et verbu accides: mo suba et accidens sunt primo diuersa nec sunt similia quo ad veritatem et falsitatem positiue sed potius priuatiue quia nec nome per se significat vere vel false: nec verbu et hoc aresto. tetigit in textu dicens noia et verba similia sunt sine compositione et diuisioe intellectui: quasi diceret q nome et verbu sunt simplices voces incoplexe et significat simplices coceptus intellectus sine vero et falso. Istis notabilibus sic stantibus est.

Coclusio respo salis: voces significat conceptus et couenientia et differetia inter voces et conceptus et per consequens inter scripta ab oresto. est sufficienter assignata: veritas oclusionis patet ex determinatoe arestotilis et notabilib⁹:

Arguitur primo: determinare de nomine et verbo non pertinet ad logicu igitur: pbatur diuersi artifices habent cosiderare diuersa obiecta sed gramaticus habet determinare de nomine et verbo igitur Maior est arestotilis pmo posteriorum. Minor patet ex determinatioe donati qui determinat de nomine et verbo et alij gramatici. Dico verum argumentum ocludit q diuersi artifices habent considerare diuersa formalia idem tamen obiectum materiale possunt considerare: et sic contingit in proposito quia gramaticus determinat de nomine et verbo quo ad ogruitatem: sed logicus quo ad veritatem et falsitatem.

Arguitur scdo: ad scientiā presentis libri nō ptinet determinare de noīe ꝛ vbo igitur: pbatur de simplicibus determinare ptinet ad librū pdicamentoꝝ sed nomina ꝛ verba sunt simplicia igitur determinare de nomine ꝛ verbo nō pertinet ad presentem sciētiam. Minor quia scientia libri pdicamentoꝝ pretinet ad primā operatōem intellectus: modo ītellectus in prima operatōe sua est simpliciuz Minor qꝛ nomē ꝛ verbū dicūtur incōplexe ꝛ simplicit. Dico/ verꝫ argumentū cōcludit ꝙ determinare de simplicibus absolute pertinet ad pmā operationem intellectus: sed hic non determinatur de nomine ꝛ verbo absolute: sed inquātuz ex ipsis fit enūciatio.

Arguitur tercio: voces nō significāt conceptus igitur. Significare est intellectuz rei constituere sed vox prolata non constituit intellectum ꝯceptus igitur vox nō significat conceptuz Maior est arestotilis in textu. Minor ē nota cum em̄ dico homo: intellectus audientis refertur ad rem et nō ad ꝯceptum. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ vox significat rem principaliter tamē conceptum sīcat sicut minus pncipale: ꝛ sicut quo: vt dictum est superius.

Arguit̄ quarto: vox nō significat conceptū: pbat̄. qꝛ si sic seqret̄ ꝙ oīs vox sīcatiua esset equoca qđ ē falsuz: pbat̄ seqla: illa vox est equiuoca q̄ sīcat plura vno noīe et diuersis rōnibus: sed oīs vox sic sīcaret plura vno noīe ꝛ diuersis rōibus igitur Maior ē aresto. in definitōne equiuocoꝝ Minor qꝛ vox significatiua sīcaret rem ꝛ etiam conceptū que sunt plura ꝛ sīcaret ea diuersis rōibus qꝛ rem sicut sīcatū pncipale ꝛ ꝯceptum sic̄ illud q̄ intellectus deuenit in sīcatuz pncipale. Dico verū argumentum cōcluderet si vox sīcatiua sīcaret rem ꝛ conceptum equeprimo ꝛ equaliter sicut patet in isto noīe canis quod significat om̄ia significata sua equeprimo: modo vox significatiua sīcat rem pmo ꝛ pncipaliter ꝛ ex consequēti ꝯceptum.

Arguitur quinto. Vox nō significat ꝯceptū ꝛ rē igit̄: pbat̄: vel q̄ sīcaret rē per pri9 vel ꝯceptū: sed nullū illoꝝ est dicendū: ꝙ nō rē pbatur ex aresto. hi i textu cū dr̄ ea q̄ sūt i voce sūt signa eoꝝ q̄ sūt i aīa: sꝫ qđ nō sīcat cōceptuz per pus pbatur qꝛ vox significatiua significat rem pncipalit̄ vt notuz ē mō pncipaliora debent esse priora Dico verꝫ argumentū ꝯcludit ꝙ si p prius valꝫ tm̄ sic̄ pncipalius tūc vox significat rē p prius

Si aūt prius valet tm̄ sicut imediatius tūc vox per prius ꝑcat cōceptum qꝛ voces non ꝑcant rem nisi vt intellecte vel concepte ⁊ sic illa ꝯsequētia valet hoc est imediatius ergo principalius: ptꝫ in sīlī quia instrumētū est imediatius agenti ⁊ tm̄ instrumētū nō principalius agit: sed instrumētū ē illud quo ṗncipale agēs agit

Arguitur sexto: voces non significāt conceptus igitur ꝓbatur quia si sic sequeretur ꝙ oīa dicibilia essent in ṗdicamento qualitatis quod est falsum diuersa em̄ dicibilia sunt in diuersis predicamētis: ꝓbatur sequela Omne dicibile ponitur in ṗdicamēto penes eius ratōem formalem: sed oīs vox imposita ad significādū ꝑcat ꝯceptū formaliter igitur omne dicibile erit in predicamēto qualitatis Maior est aresto. in ṗdicamētis cum dixit Singulum eoꝝ aut significat substantiā: aut quantitatem: aut qualitatem ⁊c. Minor est arestotilis in textu Dico verū argumentū ꝯcludit si hec significatio essꝫ principalis modo significatio qua vox significat conceptū est minus principalis ⁊ secūdaria.

Arguitur septimo voces sunt eedem apud omnes hoīes igitur: ꝓbatur ydemptificatis causis ydēptificātur ⁊ effectus: sꝫ causa vocū ē eadē apud oēs hoīes igitꝰ ⁊ voces Maior ē nota qꝛ causa īfert effectū Minor pꝫ qꝛ voluntas est causa vocū qꝛ intellectus format ⁊ imponit voces ad placitū Dico veruꝫ argumētū ꝯcluderet si volūtas apud omēs homies eodē mō se haberet: ꝯstat aūt ꝙ volūtates humane sunt variate ⁊ diuersificate scdm̄ diuersas operationes ⁊ per ꝯsequens voces que sunt imposite ad significandū nō sunt eedē apud oēs hoīes

Arguitur vltimo: apud intellectū nulla est falsitas igitur determinatio arestotilis non valet: ꝓbatur antecedens autoritate arestotilis tercio de anima: qui ostendit ꝙ intellectus solum est verorum. Dico verum argumentum cōcludit ꝙ intellectus solum est verorum in prima operatione intellectus Arestotiles autem dicit hic ꝙ intellectus est falsorum Uerum est in scda operatione sicut em̄ intellectus format enūciationes veras sic et falsas:

Utrū definitio nōis verbi ⁊ orōis ab arestotile sit bene assignata Pro intellectiōe q̄stionis more Sci-ꝙ hec questio tria querit Primo q̄rit vtrū diffinitio nominis data ab arestotile sit bn̄ posita Scdo querit vtrum definitio Ubi sit

ab arestotile sufficienter posita. Tercio querit vtrū definitio orōnis ab arestotile sit bn̄ in textu posita. Pro pma parte itaq3 questionis intelligenda.

Notandū est primo: q3 arestotiles in textu ita diffinit nomē. Nomē est vox significatiua fm placitum sine tēpore cuius nulla ps ē significatiua separata: p cuius definitionis intellectu Sciendū q3 diffinitū pn̄tis definitiōis ē nomē ppriissime captum p voce fcante ad placitū pmi impositoris. Sequitur corollarie p̄io q3 bu ba: silr dictiones materialiter capte: vt dicendo bō est nomē: nō sunt noīa apud aresto. quia non sunt voces significatiue rem ad placitu3. Sequit corollarie scdo q3 finkarbegreumata nō sunt noīa apud arestotilē. Ratio quia finkarbegreumata nō significāt sed ↄsignificāt Vn̄ r dicitur primo periarmeniar. Omnis nō est vniuersale sed vl'iter fcat Pro genere aute3 ponitur vox: loco differētie ponūtur alie particule scz significatiua ad placitum r per hoc excludūtur dictōnes significātes naturaliter idem aput omnes hoīes que nō sunt noīa apud arestotilem: vt gemitus infirmor: latratus canum. Debet autē nomen significare sine tēpore intelligendo illimitabiliter: q2 participium qd est nomē fm dyalecticū bene fcat cu3 tēpore limitabiliter sic q3 pōt accidētaliter trahi ad aliud tempus: vt laborans: sanabatur qd est pteriti temporis accidētaliter Similiter dicendo Johānes erit legens est futuri temporis accidentaliter. Partes aūt nominis integrales nihil debēt significare q2 partes subiectiue vel inferiora nominis pn̄t significare vt ptes integrales huius noīs hō nullā fcant rem lic3 se r sui silr fcat tamē iohānes petrus mathens que sunt subiectu3 hu9 nomis homo bene fcant. Ostendit aūt arestotiles in textu q3 partes nominis simplicis figure integrales nec significant fm veritatē nec videntur significare: sed partes nominis cōposite figure l3 in toto sumpte nō fcant tamē videntur significare Et exemplificat arestotiles de hoīe equiferus cu9 partes nō fcant inceptu3 in toto sunt licet bn̄ fcant vt sunt diuise a toto r sunt per se dcōnes. Dicitur eni̅ septimo phisicor: q3 pars vt est in toto solum habet esse in potentia: sic etiam partes noīs ↄposite figure vt sunt in toto per se nō fcant: sed vt sunt dictōes diuisim sumpte sic significāt. Deberet aūt nomen ex declaratōe textus esse nomē finitum r per hoc excludit aresto. noīa infinita vt nōhō nō lapis que nō sunt nomina apud dyalecticū. Rō quia nomē qd debet esse pars enūciatiōis debet fcare rem determinate nature Mō nōhomo nō fcat rem determinate nature. Nonhō eni̅ fcat omne ens mūdi quod nō est homo Est aūt nomē infinitum dcō ceu-

Questiones in peri

posita ex termino finito et negatōe nō infinitanter tenta. Est aūt negatio infinitāter tenta q̄ negat significatum spēale et introducit ꝑcatum gn̄ale: vt dicendo nōhomo: hec negatio nō negat significatum speciale hominis et introducit significationē rez mūdi. Uñ alij diffiniūt nomen infinitū cuius qualitas hoc ē significatio ē ablata et derelicta est substātia infinita. Finaliter aresto. ostendit ꝙ nomē apud dyalecticū debet esse nomē recti casus et per hoc excludūtur obliqua noīa: vt catbonis catboni catbonē que nō sunt noīa apud dyalecticū. Cuius rō est qꝛ illud quod dꝫ esse nomen apud dyalecticū debet reddere suppositū verbo personali: mō obliqui nō reddūt suppositū v̄bo ꝑsonali sꝫ ipersonali:

Notandū scđo: ꝙ arestotiles in textu

ita diffinit verbum. Uerbum ē quod ꝯsignificat tempus cuiꝰ ꝑs nulla extra significat et est semper eoꝝ que de altero dicūtur. Pro cuiꝰ definitōis intellectu norandū ꝙ diffinitū p̄ntis diffinitōis est verbū ꝓꝓꝛijssime captū ꝑ voce significatiua ad placitum existens dictio finiti modi et presentis tempoꝛis indicatiui mōi: vt curro ago. Loco gn̄is aūt ponit vox et alie ꝑticule ponūtur loco differentie queadmodum et in definitōe nois dictum ē. In qua diffinitiōe dicit arestotiles tria. Pꝛīo ꝙ verbū ꝯsignificat tēpus. Uñ et dicit in textu cursus est nōmē currit vero verbum et consignificat tempus vt nūc esse. Dicitur aūt verbū ꝯsignificare nō sic sinkathegreumata que per se non significāt sed cum alio ꝑcant: alias eñ verba essent sinkathegreumata et nō essent in genere et ꝑdicamēto: sed verba sic ꝯsignificāt tempus qꝛ vltra significatū principale quod designāt: illud significatuꝫ dicit̄r esse in tempore: vt curro pꝛincipali significato suo significat actum currendi et illum actum ꝑcat esse in pꝛesenti tempoꝛe et ita etiam in alijs verbis dicatur. Scđo dicit arestotiles in definitōne verbi cuius pars extra significat quod eodē modo est intelligendū de partibus integralibus verbi sicut et de partibus integralibus nomīs. Partes eñ subiectiue ipsius verbi et inferioꝛa significāt aliquid vt partes subiectiue et inferioꝛa huius verbi significāt aliquid vt lego doceo. Tercio arestotiles dicit in definitōe verbi ꝙ verbuꝫ semper est nota: hoc ē copula eoꝝ: idest ꝑdicatoꝝ que dicūtur de altero vt de subiecto: vt homo est animal. In quibus verbis arestotiles vult ostendere ꝙ verbum aliquādo simpliciter et per se ē copula vt ē verbum substātiuū sum cū suis ꝯdeclinijs: aliquādo aūt īcludit copulā vt sunt verba alia et maxime adiectiua: vt hō currit que resoluitur sic hō ē currēs. Postea arestotiles in declaratōe diffinitōis ipsius verbi ostendit ꝙ verbum debet esse dictō finita et ideo verba infinita vt nōcurrit nōdisputat nō sunt ver-

ba apud logicum. Similiter verbum debet esse dictio recta: id est dictio verbalis finiti modi presentis temporis indicatiui modi. Unde et dicit in textu: curret vel currebat nō ē verbū sed casus verbi

Notandū est tercio: ꝙ Arestotiles in textu ita diffinit orōem. Oratio est vox significatiua cuius prius aliqd significatiuū est separatū vt dictio: nō vt affirmatio. Pro qua definitōne oratōis intelligēda. Sciendum ꝙ diffinitum p̄sentis definitōis est orō vocalis. Unde et dicitur orō quasi oris ratō idest formatio ab ore. Diffinitur aūt orō nō ꝑ se sed ꝑ suis signatis: vt ꝑ omnibus oratōibus. Pro genere aut ꝓ loco generis in ista definitōne ponitur vox. Alie aūt particule ponūtur loco differētie. Unde sciendū ꝙ arestotiles in definitōe orōis dicit duo. Primo ꝙ orō est vox nō quidem vna vox simpliciter: quia cum dico homo est anial absolute loquendo sunt tres voces: sed oratio est vna vox scdm aggregatōem rōe copule verbalis p̄dicatum cum subiecto. Sicut em̄ sonus multorꝝ canentiū simul est vna vox scdm aggregationem sic est in ꝓposito. Alij etiā addūt ad definitōem orationis ꝙ oratio est vox significatiua ad placitum quod non est intelligendum fm se totam quia tota orō nō imponitur ad s̄candum. Ratio quia imponi ad placitum est ꝓprium dictionis vel vocis significantis rem: sed oratio dicitur imposita ad significandum ratione partium suarum. Scdo dicit arestotiles cuius partes sunt s̄catiue separate vt dicendo nomē vt affirmatio. Unde per particula aresto. vult ꝙ ptes ipsius orōnis debēt s̄care dictionaliter et dūt esse dcōnes et nō dūt s̄care vt ꝓpositōes affirmatiue vel negatiue. Ex occasione verborꝝ aresto. multi dixerūt ꝙ ista diffinitio oratōis solū daretur de ꝓpositiōe kathegorica et nō ypotetica quia certū est ꝙ partes ꝓpositōis ypotetice s̄cāt vt affirmatio et negatio: licet et alij dixerunt ꝙ partes ꝓpositōnis ypotetice nō essent ꝓpositōes. Alij autē aliter distinguūt dicētes ꝙ partes ꝓpositionis sunt duplices. Quedam ī quas fit īmediata et p̄ma resolutō ꝓpōis ypotetice et he ptes s̄cāt vt affirmatō vel negatō: vt resoluēdo istā ypoteticā hō est anial et deus est resoluit̄ ī istas duas kathegoricas hō ē aīal q̄ ē p̄ia et deus ē q̄ est scda. Alie aūt sūt ptes ꝓpositōis ypotetice in quas fit vltimata et finalis resolutō et he ptes solū sunt dcōnes et nō orōnes nec ꝓpositōes: quelibet em̄ kathegorica q̄ est pars ypotetice resoluitur in subiectū et p̄dicatum q̄ sunt simplices termī vt s̄cantes vere vel false ꝓpositōes

Notādū q̄rto et vltio: ꝙ aresto. ī textu ponit vnā autoritatē notabilē et ē. Nec si hoc ipsū est purū dixeris ipsum quidē nihil significat: s̄cat em̄ quādam cōpositiōem quam

sine cōpositis vel extremis non est intelligere. Pro quo notandū q͂ hec autoritas potest allegari dupl'r. Uno modo sic q͂ ī pncipio huius autoritatis ponitur. Negatio vt sic: nec si hoc verbum ē purum dixeris 7c̄ et sic erunt ibi due negationes, scʒ nec et nihil et isto modo arestotiles ponit et allegat in textu. Et sensus est iste. Non est ita q͂ si hoc verbum est purum et per se posueris q͂ nihil significet: sed significat quandam cōpositionem extremoꝝ quā sine extremis nō est intelligere: verbum eñi substantiuum 7 eius condeclinia significāt actum vnitiuū 7 cōplexiuum predicati cū subiecto: et etiam verbum subm significat actum essendi primo ī substantiis repertum vt dicūt grāmatici. Scd̄o allegatur hec autoritas communiter sine negatione in principio posite. Sic si hoc verbum est purum dixeris id est p se posueris ip̄m quidem nihil ſcat scilicet nec verū nec falsum sed significat actum vnitiuum vel ɔplexiuū p̄dicati cū subiecto quē sine ɔpositis hoc ē extremis nō ē intelligere. Istis notabilibus sic positis est.

Conclusio responsalis definitio nois

verbi et orationis ab arestotile est sufficienter assignata.

Arguitur primo. Definitio nominis

non valet ꝓbatur nomē nō est vox igitur ꝓbatur. Nunq͂ pars p̄dicatur vere de suo toto sʒ vox est pars nois igitur: Maior hec ē falsa homo est manus homo est caput: Minor patet qꝛ in qualibet dictōne 7 voce significatiua sunt duo scʒ vox 7 significatū: vt dicūt grāmatici. Dico verū argumentū ɔcludit q͂ in reb⁹ naturalibus pars nō p̄dicatur de toto sed bene in rebus artificialibus ratione materie Uñ hanc concedimus Annulus est aurum 7 tñ aurum est pars annuli.

Arguit̄ scd̄o: nomen non est vox igit̄

ꝓbatur Nūq͂ ens naturale p̄dicatur de ente artificiali sed nomē est ens artificiale 7 vox ens naturale igitur. Maior quia ens naturale 7 artificiale sunt opposita 7 differūt: vt dicitur scd̄o phisi. Modo opposita nō p̄dicantur de se inuicem Minor q͂ nomen sit ens artificiale qꝛ noīa fiūt significatiua per intellectū 7 etiā intellectus facit noīa ~~7 voces~~: sed q͂ vox sit ens naturale patʒ ex aresto. scd̄o de anīa qui diffinit vocem. mō sci a libri de anīa ptinet ad philosophiam naturalem.

Arguitur tercio: partes nomis sunt

significatiue igitur ꝓbatur nomē ɔposite figure est nomē 7 eius

partes sunt significatiue igitur: ꝓbatur añs ꝓ pria parte ꝙ no mē ꝯposite figure sit nomē autoritate oīm grāmaticoꝝ hoc po nentium sed ꝓ scđa parte scilꝫ ꝙ partes nōis composite figure sint ſ̃catiue autoritate prisciani in capitulo de figura: qui osten dit ꝙ compositio in grāmatica debet fieri ex partibus significa tiuis. Dico veruꝫ argumētū ꝯcludit ꝙ partes nōis composite figure nō ſ̃cant in ꝯstruꝫ sunt ⁊ ponūtur in toto: qꝛ sic totū ſ̃cat sed partes nōis composite figure bene sunt ſ̃catiue cum per se ponūtur ⁊ vt per se dictiones sunt: primū volunt logici: scđm dicūt grammatici: vt dictum est in notabilibus.

Arguitur quarto: verbū non signifi-

cat cum tempore igitur definitio verbi nō valꝫ: ꝓbatur añs qꝛ in ista ꝓpositōne deus est: in qua hoc verbum ē nō ſ̃cat cū tem pore: ꝓbatur autoritate aresto. quarto phisico. vbi ōndit ꝙ eter na nō sunt in tempore neqꝫ actiones eoꝝ: corruptibilia eñ men surantur tempore. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ deus non est in tempore neqꝫ eterna ꝯmēsuratiue sed bñ coexistēter quia eterna sunt quando tempus est.

Arguitur quito: verbū nō significat

cum tempore igitur ꝓbatur. Illud qđ absoluitur a tempore nō ſ̃cat cū tempore sed verbū absoluitur a tempore igitur verbum nō ſ̃cat cum tempore: ꝓbatur antecedēs: qꝛ si nō absolueretur verbū a tēpore sequeretur ꝙ multe ꝓpositōes in naturali philo sophia ab arestotile concesse essent false: ꝓbatur sequela de ista tonitru est sonus factus in nubibus quā aresto. ꝯcedit pˀmo me thauroꝝ: ⁊ tñ si hoc verbuꝫ est esset pñtis temporis: tūc tempo re sereno ⁊ claro hec esset falsa: tonitru est sonus factus in nubi bus: in tempore eñ sereno nō fit tonitru sed quādo nubes in q̄ est inclusus vapor humidus rumpit vi nubem: vt dicitur pˀmo methauroꝝ. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ verbū non absol uitur a tempore simpliciter ꝙ nullius esset tēporis: sꝫ sic ꝙ vbū aliquod aliqñ nō designat certum tempus sꝫ designat oīa tē pora indifferēter: sed ꝓpositio in qua ponitur tale verbū est oīm tempoꝝ indifferēter: ⁊ sic ista tonitru est sonus factꝰ in nubibꝰ valet tm̄ qñcūqꝫ est fuit vel erit tonitru tūc ē sonꝰ factꝰ ī nubibꝰ

Arguitur sexto: verbū non significat

cum tempore: ꝓbatur qꝛ si sic sequeretur ꝙ nulla esset pđicatio essentialis quod est falsum ⁊ cōtra porphiriū: ꝓbatur sequela pˀ dicatio essentialis est in qua nullū accidēs importat sed oñi in

predicatione si verbum substantiuū ꝯsignificaret temp⁹ impor
taret accidens igitur Maior est arestotilis ṗmo posterioꝝ ⁊ por
phirii Minor q꞉ verbum substantiuū ꝯsigꝰcat tempus: vt dicit
arestotiles in textu ⁊ tempus ē accidēs ex quo est in genere q̄ti
tatis. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ omnis ṗdicatio est acci
dentalis in qua importatur accidēs per extrema propōis mō ḃ
nō ē in ṗdicatōe eēntiali vt hō est aīal ꝫ per copulā ꝯsigꝰcatur tp̄s

Arguitur septimo. Diffinitō orōnis

ab arestotile non valet probaꝰ Oratio nō est vox igitur: probatur
vnum nō est plura sed oratio est plures voces igitur Maior est
nota Minor patet q꞉ in ista orōe homo est animal sunt tres vo-
ces vt subiectum: predicatum ⁊ copula. Dico verū argumentuꝫ
concludit ꝙ oratio nō ē vna vox simpliciter sed ē vna per aggre
gationem ⁊ hoc sufficit ad vnitatem orationis.

Arguitur vltimo: alicuius orationis

partes nō sigꝰcant vt affirmatio ⁊ negatio igitur: ꝓbatur añcedēs
de ꝓpositione ypotetica cuius partes sigꝰcant vt affirmatio ⁊ ne-
gatio ꝓbatur: quia partes ꝓpositionis ypotetice sunt ꝓpositio-
nes: vt oñdit Petrus hispanus in primo tractatu Modo ꝓpo-
sitio est oratio affirmatiua vel negatiua: vt dicitur ṗmo posterio.
Dico verū argumentū concludit ꝙ partes ꝓpositionis ypoteti
ce sigꝰcant vt affirmatio vel negatio: veruꝫ est de partibus in quas
fit ṗma ⁊ immediata resolutō sed non partes ille in quas fit vl
timata ⁊ mediata resolutio.

Utrum diffinitio enūciationis ⁊ ei⁹

diuisio similiter enūciationū oppositio ab arestotile sint bene as-
signate Pro intelligentia questionis mote Sciendū ꝙ hec que-
stio querit tria. Primo querit vtrū diffinitio enūciationis quā
arestotiles ponit in textu sit bene assignata. Scḋo querit vtrum
diuisio enūciationum ab arestotile sit sufficienter posita. Tercio
querit vtrum diuisio ꝓpositionū kathegoricaruꝫ in tres spēs sit
cōuenienter assignata Pro parte prima questionis intelligēda.

Notandū est primo: ꝙ arestotiles in

textu ita diffinit enūciationem Enūciatio ē oratio in qua est veꝝ
vel falsum. Debet aūt enūciatio esse oratio congrua perfecta non
interrogatiua nec equiuoca vt homo currit. Dicitur autem enū
ciatio quasi extra nunciatio Intellectus enim humanus consi-
derans aliquid in natura vt hominem esse animal; nūciat ⁊ no-

tificat extra sermone͂ ⁊ voce audientibus: dicendo homo est ani-
mal. Est autem veru͂ ⁊ falsum in enu͂ciatione sicut in signo que͂
admodu͂ ⁊ sanitas est in vrina vt ĩ signo sicut patuit an͂. Duplex
autem est enu͂ciatio: quedam est enu͂ciatio vna: quedam est enu͂
ciatio plures. Enu͂ciatio vna est in qua vnum enu͂ciatur de vno
vel vnum de pluribus vel plura de vno vel plura de pluribus cõ
iunctim: exemplum primi vt homo est animal: exemplum sc͂di
vt album ⁊ nigrum sunt colorata: exemplum tercij Socrates est
homo ⁊ risibilis: exemplum quarti album ⁊ nigrum sunt colora
ta ⁊ animalia. Sed enu͂ciatio plures est in qua enu͂ciatur vnum
de pluribus vel plura de vno vel plura de pluribus incõiunctim
Exemplu͂ primi socrates plato sunt homo: exemplu͂ sc͂di vt so-
crates est homo papa: exemplum tercij socrates asinus sunt ho-
mo brutum. Est autem enu͂ciatio plures vna dictio cõposita ex
recto ⁊ obliquo: enu͂ciatio enim est rectus ⁊ plures quasi obliquus
Si enim enu͂ciatio plures essent due dictões tunc esset orõ incõ-
grua. Sequitur corollarie ꝙ aliquando in enu͂ciatione plures p̄
dicantur implicite plura de vno: vt corpus est canis: quandoqꝫ
autem expresse vt homo animal est asinus capra. Ratio aũt qua
re enu͂ciatio plures non est propositio vel enu͂ciatio quia propo-
sitio vel enu͂ciatio debꝫ esse oratio congrua: sed enu͂ciatio plures
non est oratio congrua: quia in ea ponitur plura nomina substã
tiua sine coniu͂ctione media ⁊ nullum ponitur in genitiuo quod
est contra principia artis grammatice. Scd͂a diuisio enu͂ciatio
nis quam arestotiles ponit in textu est hec enu͂ciationum vnaꝝ
quedam est simpliciter vna ⁊ quedaꝫ est coniunctione vna. Enu͂
ciatio vna simpliciter est in qua simpliciter vnum enu͂ciatur de
vno vt homo est animal. Enu͂ciatio autem coniu͂ctõne vna est
in qua enu͂ciantur plura de vno vel vnum de pluribus vel plu-
ra de pluribus coniu͂ctim idest mediante coniu͂ctione copulati-
ua etc: vt dictum est superius. Dicitur autem enu͂ciatio simplici-
ter vna quia eius partes non sunt complete dictionaliter: vt ho-
mo est animal. Sed enu͂ciatio dicitur coniunctõne vna quia eiꝰ
partes sunt complete dictões vt contingit in propositionibus
de copulatis disiunctis extremis: vt homo ⁊ Johãnes currit: ho-
mo est animal vel asinus. Sequitur corollarie ꝙ propositio cõ
iunctione vna quandoqꝫ est kathegorica vt homo vel asinus cur
rit que est vna kathegorica de disiuncto extremo: quandoqꝫ aũt
propositio coniu͂ctione vna est ypotetica vt homo est animal ⁊ a-
sinus est. Consequenter arestot. ponit terciã diuisionẽ enu͂ciatõ
nis ⁊ ẽ: enu͂ciatõnum alia affirmatiua: alia negatiua. Affirmati-
ua est in qua p̄dicatuꝫ affirmat᷑ de subiecto vt hõ est aĩal Negati-
ua est in qua p̄dicatuꝫ negat᷑ de subiecto vt homo non ẽ asinus.

